N w u
n

1) BURKY, J.

2) MEISNER, J.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30507558

IVVANTE BENEDICTO

DE

APPARITIONIBVS MORTVORVM VIVIS EX PACTO FACTIS

(Von der abgeredeten Erſcheinung nach dem Tode)

QVAM

SVB PRAESIDIO

D. SAMVEL. SCHELGVIGII

DOCT. ET PROF. THEOL. VNDIQVAQVE CELEBERRIMI, ATHENAEI GEDANENSIS RECTORIS LONGE MERITISSIMI, ET AD S. S. TRINITATIS AEDEM PASTORIS VIGILANTISSIMI

DISPVTABIT PVBLICE

IN ACROATERIO MAXIMO

DIE IX. OCTOBR. ANN. MDCCVIII.

IACOBVS BVKKY, GEDANENSIS.

VITEMBERGAE

EX OFFICINA HAKIANA.

MDCCXLVI.

(10)

87010

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

JUVANTE BENEDICTIO!
DE
APPARITIONIBUS MORTUORUM VIVIS EX PACTO FACTIS.

§. I.

ANimas humanas immortales eſſe, nec cum corporibus interire, non tantum ex ſacris literis fide divina creditur, utpote, quæ oſtendunt, *Spiritum redire ad Deum, qui dedit illum.* Eccleſ. XII. 7. *animasque* ſanctorum *in faſciculo vitæ colligatus*, 1. Sam. XXV. 29. *Deo vivere*, Matth. XXII. 32. Luc. XX. 38. & poſt beatam *ἀνάλυσιν cum Chriſto eſſe*, Philip. I. 23. *nec animam interimi poſſe*, Matth. X. 29. quin potius *poſt mortem etiam ſupereſſe*, Luc. XVI. 19. ſeqq. Apoc. VI. 9. expreſſe docent; ſed & ſanior Philoſophia ex relicto naturæ lumine talia ſuppeditat argumenta, quæ moratiores gentes eo adegerunt, ut partem hominis præſtantiorem, animam ſcilicet, poſt fata etiam ſupereſſe, vitamque vivere nuncquam morituram, magno conſenſu crediderint. Videantur, quæ ex Pythagoræ, Platonis, Marci Tullii, Plutarchi, Jamblichii,

blichii, aliorumque Philoſophorum æque ac Poëtarum placitis fuſe hac de re ac erudite diſſerit Auguſtinus Steuchus Eugubinus *de perenni Philoſophia* L. X. c. 27. 28. & poſt eum Phil. Mornæus *de Verit. Relig. Chriſt.* c. XIX. p. 306. ſeqq. Hugo Grotius *de V. R. C.* L. I. p. 65. Edit. Pariſ. in fol. Joh. Marshamus *in Canone Chron. Ægypt. Ebræo-Græco* ſecul. XI. p. 275. ſqq. Tob. Pfannerus *Syſtem. Theol. Gentil.* c. XVII. §. 15. p. 406. ſqq. & Pet. Dan. Huetius *Quæſt. Alnet. de Concordia Rationis & Fidei* L. II. c. 8. §. 3. p. 155. ſqq. Imo & barbaras noſtri ſeculi gentes in hoc conſentire, docet Georg. Calixtus *de Immortal. Animæ* c. I. §. 4. ſqq. p. 4. ſqq. Unde recte Cicero ad ſvaviſſimum hunc omnium populorum conſenſum provocat, quando Tuſcul. Quæſt. I. ita ſcribit: *Quod ſi omnium conſenſus naturæ vox eſt: omnesque, qui ubique ſunt, conſentiunt, eſſe aliquid, quod ad eos pertineat, qui e vita ceſſerunt: nobis quoque idem exiſtimandum eſt.* Eſt poſt pauca interjecta: *Sed ut Deos eſſe, natura opinamur, qualesque ſunt, ratione cognoſcimus: ſic permanere animos arbitramur, conſenſu nationum omnium.* Iliada itaque poſt Homerum ſcriberem, ſi Immortalitatem animæ prolixius nunc adſtruere allaborarem, imprimis cum tot fuerint Viri eruditione clariſſimi, qui peculiaribus ſcriptis ex profeſſo hoc argumentum pertractarunt: Quales ſunt poſt multos Anonymos, Gregor. Nyſſenus, Auguſtinus, Æneas Gazæus, Claudianus Ecdicius Mamertus, quos eruditis notis auctos edidit Caſp. Barthius, Mercurius Trismegiſtus, R. Menaſſe Ben. Iſrael, Abraham filius Chasdai, Marſilius Ficinus, Jul. Cæſar la Galla, Fabius Gliſcentius, Thomas Williſius, Antonius Roccius, Vincentius Lælius, Caſpar Cardillo de Villalpando, Valentinus Wallenbergerus, Hieronymus Pontanus,

Carolus

Carolus Bonillus, Joh. Galtarius, Nicol. Caſtellanus, Georg. Gomezius, Joh. Fonerius, Jac. Coleri, Fortun. Licetus, Anton. Palearius, Andr. Gottfridus Ammonis, Walth. Charlton, Car. Cotinus, Joh Ferrier, Marc. Anton. Genua, Nicol. Kleinfeldius, Andr. Williatus, Joh. Angelus Werdenhagen, Bartholus de Spina, Joh. Bapt. Rubeus, Cæſar Odoni, Jac. le Normant, Pet. Martinez, Franc. de Mota, Jac. Naclantius, Franc. Henr. a Lange, Theodor. Kirchmajerus, Leonh. Leſſius, Pet. Gaſſendus, Anton. Sirmondus, Johan. Bapt. du Hamel, Joh. Quiſtorpius, Mich. Waltherus, Georg. Calixtus, Joh. Hildebrandus, Henr. Morus, Kenelmus Digbæus, Phil. Mornæus, de Silhon, Mottanus Vayerus, Joh. Eberh. Schwelingius &c. Ut taceam alios adhuc complures, qui hanc ſententiam ſyſtematibus aliisque tractatibus ſparſim immiſcuerunt.

§. II. Quamvis vero ſanctior illa de Immortalitate animæ doctrina tot auctoritatibus approbata, immotis innitatur fundamentis, non defuerunt tamen, qui contrarium defendere magno niſu & conata aggreſſi ſunt: Non dicam de Sadducæis, Epicuræis, Hæreticis in Arabia exortis, Anabaptiſtis, Socinianis, Arminianis, Michaele de Montagnes, Charonnæo Sorboniſta, Thoma Hobbeſio, Iſaaco Peyrerio, & Auctore *Diſquiſitionis ſeriæ de ſtatu, loco & vita animarum, poſtquam diſceſſerunt a corporibus;* Animæ immortalitatem negantibus, de quibus conſulantur partim Quenſtedii *Syſtem.* p. IV. c. XVII. *Sect. II. quæſt. 3. p. m. 555.* partim Plurimum Reverendi Domini J H. Nothwangeri, Fautoris, Hoſpitis, ſincerique Promotoris ſtudiorum meorum filiali cultu ac obſequio ad ultimum usque vitæ halitum ſemper devenerandi atque colendi, diſp. Wit-

 teberg.

teberg. 1692. *de glorioſo animarum cœlo* habita. §. 2. & 3. De Bonifacio VIII. Pontifice ex hiſtoria Conciliorum conſtat, quod ejusdem impietatis a ſynodo Pariſienſi accuſatus fuerit, teſte Hartmanno *Concil. Illuſtrat.* T. IV. p. 385. Compar huic fuit Johannes XXIII. eodem nomine in Concil. Conſtantienſi in jus vocatus, referente ex hiſtoria Concilii eodem Hartmanno l. c. p. 436. & Hartmanno von der Hardt, *Tom. IV. Concil. Conſtant.* p. 251. Neque multo melior extitit Michael Servetus Hiſpanus: hunc enim animas humanas, ſaltem poſt lapſum, mortales ſtatuiſſe, Tob. Pfannerus refert l. c. p. 404. Galenus etiam, Medicorum poſt Hippocratem Coryphæus, animæ immortalitatem vel negavit, vel in dubium vocavit. Etſi enim alicubi ita loquatur, ut ab immortalitate animæ admittenda non plane abhorruiſſe videatur; in libro tamen: *Quod mores temperamentum corporis ſequantur*, Platonem ob aſſertam animæ immortalitatem, manifeſto reprehendit, virgula propterea cenſoria non immerito notatus ab Iſidoro Peluſiota, Magni Chryſoſtomi diſcipulo, qui Lib. IV. Ep. 125. graviter ita ſcribit: *De curatione corporum, quoniam in hac arte excellens fuit artifex, vir ille loquatur ſane ſuo arbitratu. De Anima vero certamen cum ſapientibus ne ſuſcipiat, neque deſcendat in luctam, ad quam neque eſt exercitatus, neque præmeditatus.* Nihilominus tanta hujus Galeni fuit autoritas, ut Thomas Browne *in Religione Medici* Part. I. Sect. 20. p. 128. referat, Doctorem quendam Medicinæ ſibi quondam in Italia cognitum fuiſſe, qui ob ſolam hanc rationem animæ immortalitatem credere noluit, *quia eam Galenus non crediderit.* Hujus furfuris ſunt omnes Athei, & quidam Sceptici. Inprimis hic notandi, qui Prin-

cipiis

cipiis ac Philoſophematis quibusdam ſuis oppido abſurdis ita indulſerunt, ut quantum in ipſis fuit, animæ ſuſtulerint immortalitatem. Quo ſpectant Philoſophraſti illi Itali, damnati propterea a Lateranenſi Concilio, aſſerentes, animam rationalem ſecundum fidem eſſe immortalem, at ſecundum Philoſophiam eſſe mortalem; adeoque ſimul mortalem ex Philoſophia, & immortalem ex fide aſſerentes. Cui ordini præ aliis Petrum Pomponatium & Hieronymum Cardanum aggregandos eſſe, utriusque ſcripta diſerte loquuntur. Quamvis enim prior in peculiari libro *de immortalitate animæ*, non abſolute ac ſimpliciter, animam hominis mortalem eſſe aſſerat, ſed tanquam dubium quoddam & *ἄλυτον* relinquat in medio, haud obſcure tamen ſcepticis ſuis diſquiſitionibus aditum ad funditus negandam animæ immortalitatem patefeciſſe comperitur: quapropter Venetos illud Pomponatii opus (quod ipſe autor mutata mente improbaſſe dicitur) ignibus addixiſſe, nec de immortalitate, ſed mortalitate animæ inſcribendum fuiſſe Sylveſter L. V. *de Strygimaſtigis* c. 5 prodidit. Conf. Theoph. Spizelii *Felix Literatus* p. 173. Eundem in cenſum ſcripta veniunt Cardani: etſi enim & hic in peculiari libro animarum immortalitatem propugnaſſe videatur, rem tamen ſerio, & ex animi ſententia non egit; quippe, quem aperte & absque ambagibus animæ mortalitatem, compoſito ea de re libro, affirmaſſe, nec palinodiam unquam ceciniſſe, tametſi de premendo, metu infamiæ, vel etiam ſuppliciorum, ſceleratiſſimo illo opere, apprime ſollicitus fuerit, diſerte Del-Rio eſt conteſtatus *Diſquiſ. Magic.* Lib. II. quæſt. 26. Sect. 5. p. 251. Accedit, quod in ipſo libro *de animæ immortalitate* ne-

 get,

get, ad bene beateque vivendum quicquam conferre, ut credas, animas corpori fore ſuperſtites, imo virtuti magis favere opinionem contrariam; Stoicis meliores fuiſſe Epicuræos, Sadducæos Phariſæis, Plinium Seneca. Hinc non male Claudius Berigardus, Vir minime ſuperſtitioſus, in *Circulo Piſano XX. de mente humana* Cardanum ejusdem improbitatis arguit, qua inquinabatur Vanius. Eodem luto hæret famoſiſſimus ille Atheus Benedictus de Spinoza, qui, licet *in Ethica ſua Poſthuma* (quam magnum Atheiſmi Myſterium continere dudum obſervarunt Eruditi) Part. V. Propoſ. XXIII. p. 251. ſcribat: *Mens humana non poteſt cum corpore abſolute deſtrui; ſed ejus aliquid remanet, quod æternum eſt.* Fucum tamen vendit, & id quod verbis affirmat, hypotheſibus ſuis & demonſtrationibus deſtruit: Id quod ſufficienter, imo abunde oſtendit Plurim. Reverendus Dominus Nothwanger *in diſp. jam allegata* §. 25. *ſqq.*

§. III. Quemadmodum igitur hi autores firmiter munitam hanc de Immortalitate animarum doctrinam aliis etiam arietibus labefactare ſatagunt; ita inprimis contra illam urgere ſolent, quod nulla anima e ſolitudinis ſuæ ſtatu unquam reverſa ſit in terras, & vitæ ſuæ alios, ne chariſſimos quidem, quos in terris liquerat mœrentes, fecerit certiores. *Nullus enim*, inquit Atheus, *ad nos ex morte in hanc vitam rediit, & utrum animæ ſeparatæ adhuc ſuperſint, propria experientia edoctus, annunciavit vitam hanc mortalem agentibus*, ut verba illius allegat B. D. J. Quiſtorpius in diſſ. *de Immortalitate animæ humanæ, ſeparatæ per mortem a corpore* theſ. 5. aut quemadmodum Ioh. Bapt. van Helmont, Opp. p. 216. Edit. Lugd. in fol. verba atheorum

ipſis-

inſiſſima recenſet: *Si viderem*, inquiunt, *Deum, Angelum vel Cacodæmonem, imo vel ſpiritum hominis: crederem utique illos eſſe; ſed nolo credere, quæ non video, vel audio, quæque mihi inſueta, ideoque incredibilia videntur; ſed ſentio cum Ariſtotele, quod omnis ſcientia, omnisque doctrina intellectiva, tantum e præexiſtente ſenſuum cognitione fiat.* Add. Henr. Morus *de Immortalitate animæ.* Opp. Phil. T. II. p. 439. Joh. Eberh. Schwelingius in tractatu, qui inſcribitur: *Mens immortalis evidenter certo contra Atheos Scepticosque demonſtrata* §. 192. & 196. p. 284. & 290. Ad ſubvertendum illud aſſertum recte equidem B. D. Quiſtorpius obſervat d. l. nullam eſſe conſequentiam, nec valere argumentationem: Nulla datur apparitio animarum a corpore ſeparatarum: Ergo anima non eſt immortalis. Suggeritur enim inſtantia ad hanc rem accommodatiſſima. *Perinde eſt*, inquit Vir celeberrimus, *ac ſi fœtus poſterior, in utero matris detentus dubitaret de omni vita humanæ extra uterum, cum nemo primogenitorum unquam intra uterum matris viciſſim ſe receperit, ac nondum natis alterius vitæ internuncius fuerit.* Si de re ſenſibili ageretur, non eſſet adeo abſurdum hoc eorum judicium; quoniam autem non modo ſenſibus percipi anima nequit, ſed etiam in longe diſſita loca avolare, Deo ita diſpenſante ſupponitur, adhuc ineptior eſt illorum argumentatio, qui animas, quoniam eas non vident aut ſentiunt, poſt Fata etiam ſupereſſe inficiantur, quam ſi Amicum peregre profectum propterea in nihilum abiiſſe concluderem, quia non velut antea mecum verſatur.

§. IV. Alii igitur ſe fortius Adverſarios hoc modo ſtringere opinantur, cum apparitiones animarum

a cor-

a corporibus ſeparatorum aliquando vivis factas urgent, quod & Henr. Morus & Joh. Eberh. Schwelingius ll. cc. faciunt. Cicero etiam memorat, apparitionibus nocturnis inductos aliquos, ut animas poſt mortem ſuperſtites crederent: verba ejus l. c. hæc ſunt: *Sed qui nondum Phyſica didiciſſent, tantum ſibi perſuaſerant, quantum natura admonente cognoverant; rationes & cauſas rerum non tenebant, viſis quibusdam ſæpe movebantur, hisque maxime nocturnis, ut viderentur ii, qui vita exceſſerant, vivere.* Neque deſunt exempla, quibus tam ex veteri, quam recentiori hiſtoria, confirmari ſolet, apparitiones ejusmodi mortuorum vivis quandoque factas eſſe. Nam ut prætermittam exemplum Eris Armenii, genere Pamphilii, de quo Plato L. X. *de Republica* p. 518. Edit. Marſ. Ficini Græco-Latinæ refert, quod cum occubuiſſet in prælio, duodecimo a morte die in vitam redierit & mira de animarum ſtatu & judicio poſt mortem retulerit. Ut plures etiam alias animarum apparitiones a gentilibus traditas, taceam: Sufficiant nobis ea, quæ in Chriſtianorum libris leguntur. Sic Ambroſius Epiſtolar. L. IV. Epiſt. ult. Op. T. IV. p. 277. Edit. Pariſ. Ao. 1642. de nobili Virgine Agnete, quæ propter Chriſtianam religionem martyrio coronata eſt, refert: *Dum Parentes beatæ Agnetis aſſiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum ejus, vident in medio noctis ſilentio exercitum Virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ cum ingenti lumine præteribant, inter quas vident beatiſſimam Agnetem ſimili veſte fulgentem, & ad texteram ejus Agnum nive candidiorem. Hæc itaque cum viderent parentes ejus, & qui ſimul erant, ſtuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat, ſanctas virgines pa-*

rumper

rumper gradum figere, & ſtans parentibus ſuis dixit: Videte, ne me quaſi mortuam lugeatis, ſed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum iis omnibus lucidas ſedes accepi, & illi ſum juncta in cœlis, quem in terris poſita tota animi intentione dilexi. *Et his dictis pertranſiit. Hæc viſio publice ab omnibus qui viderant, quotidie vulgabatur.* Similiter Auguſtinus in libro *de Cura pro mortuis gerenda* Oper. T. IV. p. 891. Edit. Frob. 1556. ſe non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis audiviſſe teſtatur, Felicem Martyrem a civibus Nolæ, cum urbs a Barbaris obſideretur & oppugnaretur, conſpectum eſſe. His addi poteſt narratio, quæ apud Rufinum in Hiſt. Eccleſ. L. I. c. 5. & Socratem L. I. c. 12. legitur de Spiridone Epiſcopo Cypri: *Fuit illi Filia, nomine Irene, apud quam familiaris quispiam pretioſum ornatum depoſuerat. Illa cautior æquo ſub tellure depoſitum abſcondit, ac paulo poſt vitam finivit. Poſt aliquanto tempore, venit qui depoſuerat, & quum virginem non reperiret, patrem adorſus eſt, illumque nunc incuſavit, nunc obſervavit. Senex quoniam damnum ejus, qui depoſuerat, ſuam ducebat eſſe calamitatem, venit ad ſepulchrum filiæ, Deumque invocavit orans, ut ante tempus ſibi promiſſam reſurrectionem oſtenderet. Nec fraudatus eſt ſpe ſua. Rediviva namque virgo Patri apparuit, ac locum ubi ornatum abſconderat, indicavit & rurſus ſeceſſit.* Sicco pede lubens prætereo, quæ ex Nicephoro & Gregorio M. hanc in rem adduci poſſent; cum ſciam nimiæ credulitatis illos accuſari a Viris eruditis. Ex recentiori Hiſtoria illud notari meretur, quod Ludovico Allodiſio, qui Immolæ rerum potitus eſt, accidit. Illius enim pater, non diu poſtea, quum deceſſerat, homini ad ſecretis, quem

filius Ludovicus Ferrariam mittebat, in itinere equo inſidens cum accipitre (ut in aucupio mos ei fuerat) apparuit, huicque, quanquam magna capto formidine dixit, ut filium juberet poſtero die in eum ipſum locum venire, quoniam magni momenti res ei prædicturus eſſet. Ludovicus ea re cognita, tum quia non credebat, tum quia inſidias verebatur, alium ſuo loco miſit. Verum umbra, quæ ante apparuerat, obviam mittendi facta, vehementer indoluit, quod filius non veniſſe: longe enim plura illi dicenda fuiſſe affirmat, nunc vero illud unum ei referri juſſit, quod transacto ſecundo & viceſimo anno ac præterea uno menſe, die quoque addita, urbis, quod obtinebat imperium eſſet amiſſurus. Ut tempus, quod umbra prædixerat, advenit: adhibita magna cura, ea ipſa nocte, milites Ducis Philippi Mediolanenſis (cui Ludovicus fœdere junctus erat, & a quo propterea haud quicquam mali metuebat) glacie conſtrictis foſſis, ad muros penetrarunt, admotisque ſcalis urbem cum ipſo Principe ceperunt. Quam hiſtoriam ex Baptiſta Fulgoſo L. I. c. 8. adducit Lavaterus *de Spectris* P. I. c. 15. p. 96. 97. & ex Sabellico L. IV. *Exemplorum* Pet. Gregor. Tholozanus JCtus in Tractatu ſuo *de Republ.* Lib. XXI. c. 4. §. 8. Nec minus curioſa & notabilis eſt apparitio Galeatii Sfortiæ, cujus idem Tholozanus ex Arbuno teſte oculato meminit: Scribit enim l. c. p. 771. ſeq. duos mercatores non ignobiles per Taurinos montes in Galliam profecturos, ampliorem humana ſpecie virum obvium habuiſſe, acceſſitosque repente ab illo mandatum in hæc verba ſuſcepiſſe: *Lodovicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, haſce illi literas nomine meo date.* Obſtupeſcentibus illis ac percunctantibus quisnam eſſet? Galeatium Sfortiam

ſe

ſe eſſe reſpondit, & mox ab oculis eorum evanuit. Quare illi propere Mediolanum rediere, inde Viglevanum, & dum literas offerunt, ab aulicis irridentur. Tandem charta aperta, in Pontificii Brevis modum complicata, tenuiſſimis filis æreis obſerata, cujus verba hæc: *ôôô Ludovice cave tibi, quoniam Veneti Gallique tuam in perniciem coituri ſunt, tuamque a ſtirpe rem everſuri; verum ſi mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, ut conciliatis ſpiritibus ſiniſtra fata evertantur: idque conſecuturum ſpero, ſi mihi non averſatus annueris, Vale!* Subſcriptio erat: *Galeatii fratris Tui ſpiritus.* Cum autem abſtinuiſſet Ludovicus ab hac largitione, paulo poſt expertus eſt ſuo malo prædictionem, & a Ludovico XII. Rege Gallorum a principatu dejectus eſt & in captivitatem abductus. Hactenus Tholozanus. Quid? quod Olaus Magnus Archi Epiſcopus Upſalienſis in hiſtoria ſua *de gentibus ſeptentrionalibus*, quam patria extorris in exilio ſcripſit, Lib. II. c. 3. tradat, in Islandia ſpectra apparere forma hominum, ipſis notorum, quibus incolæ dextram dant, priusquam de obitu illorum, quorum hæc formam aſſumunt, quicquam audiverunt, nec ante dolum intelligi, quam illa evaneſcant. Videri ex recentiſſimis multæ ejusmodi apparitiones poſſunt ap. Henr. Morum l. c. L. II. c. XVI. & Schol. ad hoc cap. Opp. Philoſ. T. II. p. 380. ſeqq. De ſutore Vratislavienſi, poſt mortem violentam, ſibi illatam in ſuo ſolito habitu apparente, & de Joh. Cuntio Cive oppidi Pentſch in Sileſia videri poteſt Summe Reverendus Dnus Præſes in *Cynoſura Conſcientiæ, append. ad qu. LXIV. p. 556.* & Henr. Morus *in Antidoto adverſus Atheiſmum L. III. c. 8. & 9. Opp. Philoſ. T. II. p. 114. ſeqq.* De Spiritu Poſnanienſi ejusque miris appa-

ritionibus *in peculiari diſputationes egit* Gisb. Voetius *Diſp. ſelect. T. II. Diſp. LXXII. p. 1142. ſqq.* De Chriſtoph. Monigke, arti pharmaceuticæ dedito, qui Croſnæ Sileſiorum poſt mortem adhuc in officina medicamentarii negotia ſua, in vivis conſueta, mire peregit, conſule M. Sim. Frid. Frentzelii *diſput. de Spectris, Sect. I. §. 6.* qui hanc hiſtoriam ita narrat: „Croſnæ Sileſio„rum, cujus oppidi Princeps vel verius benefica ma„ter tum temporis erat Sereniſſima illa heroina *Dn.* „*Eliſabetha Charlotta*, ante paucos annos defuncta (Ejus „glorioſa memoria ſit in pace!) vitam egit Anno „M. DC. LIX. tempore verno juvenis, *Chriſtoph. Mo*„*nigke* dictus, patria Serveſtanus, arti pharmaceuticæ „deditus, quique Pharmacopæo iſtius loci, viro ho„neſto in parandis medicamentis, mercibusque diſtri„buendis ſuam addixit operam. Obiit ille, vitamque „finiit morte, quantum conſtat, naturali, & publice „adhibitis ceremoniis exuviæ terræ mandatæ ſunt. „Paucis ab obitu diebus poſt, in ædibus Pharmacopæi „apparuit ſpectrum, vultu ac facie, lineamentis, ve„ſtitu non minus ac geſtibus defunctum Chriſtopho„rum exacte repræſentans: conſedit, quippe in officina „medicamentarii, obambulavit interdum, pyxides, „vitra & ciſtulas aromaticas ex repoſitoriis ac arculis „deprompſit, medicamenta & aromata lancibus admo„vit & examinavit, pharmaca arrepto piſtillo non ſine „tumultuoſo ſonitu in mortatio contudit, imo vel ipſas „venundavit merces, nummis citra ſuſpicionem furti „ſedulo aſſervatis ſuoque loco reconditis, omnia de„nique peregit ab homine ſalvo & ſuperſtite quæ ex„ſpectari poterant. Nondum tamen acquievit in eo, „ut Pharmacopolæ ædes ſatis diu infeſtarit, horrido

„aſpectu

„aſpectu familiares territarit, ipſumque adeo hoſpi-„tem podagra afflictum, multiplici modo divexarit, „imo ereptis e manu ſchedulis medicinalibus, amoto-„que quo utebatur lychno, & poſt fornacem vel ali-„orſum ſepoſito, moleſtias multas crearit; ſed & pro-„dire in publicum ſuſtinuit, pallioque humeris cir-„cumjecto per plateas incedere, nil quicquam obvi-„antium aſpectum curans, in ædes civium ſe ingerere, „iisque obtrudere cœpit, quibus ſecum, dum in vivis „eſſet, familiaritas quædam interceſſit. Etſi vero ſo-„cietate ita delectari viſus fuerit, nunquam tamen vel „ſalutavit verbis, vel ad colloquium provocavit quem-„piam, niſi unicam ancillam, quam non procul a „cœmiterio ſibi obviam hortatus perhibetur, ut in „domum Pharmacopæi ſe conferret, foderet humum „in abditiori officinæ camera, & effoderet theſaurum „per omnem ætatem pauperculæ ſuffecturum. Non „tulit conſternata puella infelix conſortium, teterri-„mum maxime, quem moleſtus monitor exhalavit „fœtorem, ſed ad terram proſtrata conticuit. Spe-„ctrum quidem auxiliatrices ſubjiciendo manus, mi-„ſeram levavit in pedes, at duriter adeo, ut certis in „partibus corporis lividæ maculæ digitorum impreſ-„ſorum conſpicerentur. Ancilla vero domum reverſa „ex morbo decubuit. In loco porro, quem ſcrutari „ſuaſerat impoſtor, pretioſi nihil latuit, præter uni-„cam in olla ſqualida hæmatitem, vel duos rubicun-„dos lapides, quod alii volunt. Tandem juſſu Sere-„niſſimæ Principis perluſtratum cadaver defuncti ju-„venis, inventumque putridum potius & tabe deflu-„ens, quam cum ullo vel mutati ſitus vel illatæ vio-„lentiæ ſigno. Deſæviſſe poſt ferunt importunum ho-

„ſpitem, nec apparuiſſe amplius, veſtibus & reculis „aliis demortui e domo hoſpitis aliorſum translatis. „De qua relatione publica lectio inſtituta eſt in Acade- „mia Lipſienſi a Dn. Henr. Conradi, Gerano, concio- „natore aulico, pro Licentia doctorali.„

§. V. Plura non cumulabo: cum de Apparitionibus mortuorum in genere animus prolixius agere mihi haudquaquam ſit. Neque de ejusmodi apparitionibus mortuorum nunc dicam, quæ mortis præſagium vivis quandoque præbuerunt, quemadmodum Flavius Vopiſcus ſcribit, Tacito mortis omen fuiſſe, quod paternum ſepulchrum, diſruptis januis ſe aperuerit; matrisque umbra ſe per diem & Tacito & Floriano veluti viventis obtulerit. Sic Johanni Chryſoſtomo, Baſiliſcus Epiſcopus olim urbis Comanæ apparens mortem annunciavit, quod refert in ejus vita Palladius, pag. 99. & 100. inquiens: Πλησιάσαντες δὲ τῇ Κομάνῃ, καθάπερ γέφυραν αὐτὴν παρῆλθον, ἔξω, τοῦ τείχοις ἐντῷ μαρτυρίῳ μείναντες ἀπὸ πέντε ἢ ἑξσημείων. Κατ' αὐτὴν δὲ τὴν νύκτα παρέςη αὐτῷ ὁ τοῦ τόπου ἐκείνου μάρτυς. Βασιλίσκος ὄνομα αὐτῷ ὃς μαρτυρεῖ Ἐπίσκοπος ὢν Κομανῶν, ἐν Νικομηδείᾳ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ, ἅμα Λουκιανῷ, τῷ ἐν Βιθυνίᾳ πρεσβυτέρῳ ὄντι Αντιοχείας Φήσας, θάρσει, ἀδελφὲ Ιωάννη. ἄυριον γὰρ ἅμα ἐσόμεθα. Φασὶ δὲ, προειρήκει καὶ παρὰ μένοντι πρεσβυτέρῳ ἑτοίμασον, τὸν τόπον τῷ ἀδελφῷ Ιωάννῃ ἔρχεται γάρ. ἔχων δὲ πιςῶς τὸν χρησμὸν ὁ Ιωάννης, ἐπὶ τὴν ἄυριον παρεκάλει ἀυτοὺς ἕως πέμπτης ὥρας ἐκεῖ παραμεῖναι. οἱ δὲ μὴ πειθέντες, ἐξήλαυνον. ἐλθέντες δὲ ὡς ςαδίοις τριάκοντα, πάλιν ὑποςρέφοισιν εἰς τὸν τόπον τοῦ μαρτυρίου, ἀφ' τοῦ ἀπῆραν ἔχοντος αὐτοῦ ὀξέως. οὗτως οὖν ἐλθὼν ἐπιζητεῖ τὰ ἄξια τοῦ βίου λαμπρὰ ἱμάτια, καὶ ἀποδυσάμενος τὰ πρότερα, ἐνεδύσατο νήφων, ἀλλάξας εἴως ὑποδήματον, καὶ λοιπὰ δὲ διένειμε τοῖς παροῦσιν. καὶ Κοινωνήσας τῶν δεσποτικῶν συμβόλων,

βόλων, ποίει τὴν τελευταῖαν ἐπὶ τῶν παρόντων προσευχήν. Εἰπὼν τὸ ἐξ ἔθοις ῥῆμα. δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκεν. ἐπισφραγισάμενός τε τὸ ὕστερον Ἀμὴν, ἐξῆρεν τοῖς πόδας τοὺς ὡραίως δραμόντας ἐπὶ σωτηρία τῶν μετάνοιαν εἰλομένον, καὶ ἐλέγχῳ τῶν τὴν ἁμαρτίαν πλουσίως γεωργησάντων. Quæ verba ita reddidit Emericus Bigotius: *Cum autem Comanis appropinquaſſent, pontis inſtar, ea prætergreſſi, extra muros in matyrio, quinque aut ſex millibus diſſito, manſerunt. Eadem ipſa nocte apparuit ei loci illius martyr, nomine Baſiliſcus, qui Epiſcopus Comanorum cum eſſet, martyrium paſſus eſt Nicomediæ in Bithynia, ſub Maximino, una cum Luciano Presbytero Antiocheno, dicens:* Macte animo, frater Johannes: craſtina enim die una erimus. *Prædixerat quoque, ut ajunt, & ibi permanenti Presbytero:* Para locum fratri Johanni, venit enim. *Oraculo fidens Johannes, ſequenti die oravit milites, ut ad horam quintam usque ibi permanerent. Illi vero non auditis ejus precibus, inde abſceſſerunt, conjectis circiter triginta ſtadiis, rurſus ad martyrium, unde diſceſſerant, redierunt, cum graviter ille ſeſe haberet; ſic igitur reverſus, candidas veſtes, vita quam duxerat dignas requirit, exutusque prioribus, eas ſibi jejunus induit, omnibus ad calceamenta usque mutatis: atque relinquas præſentibus diſtribuit. Et ſumptis dominicis ſymbolis, coram adſtantibus ultimam rationem facit. Et cum dixiſſet more ſuo:* Gloria Deo propter omnia *& ultimum Amen obſignaſſet, extendit ſpecioſos pedes, qui currerunt ad ſalutem eorum, qui elegerant pœnitentiam, & ad reprehenſionem illorum, qui peccata copioſe excoluerant.* Conf. qui de hujusmodi & aliis Præſagiis mortis peculiaribus ſcriptis egerunt. Gisb. Vöetius T. I. *Diſp. ſelectarum.* Magnificus Dn. Mayerus & Paulus Heigelius *de Præſagiis*

mortis. Joh. Frid. Stockhauſen, von wunderlichen Todes Verbothen, & Joh. Mich. Sontagius *de Spectris & ominibus morientium.*

§. VI. Atat mihi in præſentiarum conſtitutum eſt ad ſpecialiora deſcendere, & in illas tantum apparitiones, quas ex pacto olim cum vivis inito, factas eſſe Hiſtorici paſſim memorant, paulo penitius & accuratius inquirere: Scilicet fuerunt olim & noſtra pariter ætate homines, qui cum de ſtatu animæ, qualis poſt diſceſſionem a corpore futurus eſſet, curioſius quam par eſt ſolliciti, dubiis extricare ſe ſatis non poſſent, mutuo convenerunt, invicemque receperunt, ut uter prior obiturus eſſet, ille alteri, quid poſt fata cum anima ageretur, candide exponeret. Dignum hocce argumentum mihi viſum eſt, quod ſub diſputationis incudem revocarem, & in eo ingenii vires periclitaret. In quo autem ita verſabor, ut prius exempla quædam harum apparitionum notabiliora in medium adducam, deinde vero judicium Theologicum, quid hac de re habendum ſit, Deo clementer annuente, ſubjungam.

§. VII. Quod igitur ad Exempla attinet, diffiteri non poſſum factum quandoque fuiſſe, ut licet pactum aliquod præceſſerit, quo mortalium alter alteri promiſit, ſi vivis excedat prior, ſe de animæ ſeparatæ immortalitate & ſtatu ſuperſtitem edocturum eſſe, is tamen, poſt exceſſum e vita, non fuerit reverſus, adeoque amico de hoc tanti momenti negotio quicquam retulerit. Nam & Julium Canum, virum inprimis magnum, a Cajo Cæſare ſupplicio deſtinatum refert Seneca *l. de animi Tranquillitate* c. 14. cum jam duci juberetur, triſtibus amicis talem virum amiſſuris,

ris, promiſiſſe, ſe ſtudioſe obſervaturum futura. *Vos quæritis*, inquit, *an immortales animæ ſint? Ego jam ſciam.* Et in ſupplicii loco conſtitutus addit: *obſervare propoſui illo velociſſimo momento, an ſenſurus ſit amicus exire ſe; promiſitque, ſi quid exploraſſet, circumiturum animos & indicaturum, quis eſſet animarum ſtatus.* Sed poſtquam in Cajano clade obiiſſet, neminem unquam acceſſit, fideique datæ immemor extitit. Fruſtra etiam majorum noſtrorum ætate Baranzanus Barnabita pollicitus eſt Mottano Vayero, celebri inter Scepticos Gallo, ſe poſt fata rediturum, & de ſtatu animæ poſt ſejunctionem a corpore nunciaturum. Nam ut ipſe Vayerus tum alibi, tum in libro *de animæ immortalitate* teſtatum reliquit, nunquam reverſus eſt Baranzanus, nec vel verbulo Vayerum, iſtud maxime deſiderantem, informavit.

§. VIII. Licet vero per hos ſtipulata illa poſt mortem apparitio impleta haud fuerit; non deſunt tamen exempla aliorum, qui fidem datam poſt mortem liberarunt. In ſcenam igitur prodeat Marſilius Ficinus poſt fata Michaeli Mercato, amico ſuo vigilanti, contemplationibusque Philoſophicis intento, juxta factam, cum in vivis eſſet, promiſſionem apparens, & de animæ poſt mortem vita teſtimonium perhibens. Quam apparitionem prolixe deſcribit Baronius *ad An. Chriſti CDXI, n. 69. p. 371.* *Haud*, inquit, *inexplorata referam, ſed quæ complurium eruditorum virorum ſcimus aſſertione firmata, immo & a religioſis viris ad populum pro concione ſæpe narrata: Ego vero a quo accepi, auctorem proferam, nempe integerrimæ fidei virum Michaelem Mercatum Miniatenſem, S. R. E. Protonotarium, probitate morum atque doctrina ſpectatum. Ipſe enim narravit de avo ſuo, eodem quo ipſe nomine nuncupato, Michaele Mercato ſeniore, cui*

cum Marſilio Ficino nobiliſſimi ingenii viro ſumma intercedebat amicitiæ conſvetudo, parta & aucta philoſophicis facultatibus: in quibus Platonem ambo affectabantur auctorem. Accidit autem aliquando, ut ex more, quidnam poſt obitum ſuperſit homini, ex ejusdem Platonis ſententia, ſed non tamen ſine trepidatione deducerent, quæ labantia Chriſtianæ fidei ſacramentis ſuffulcienda eſſent: eo enim argumento extat ejusdem Marſilii ad ipſum Michaelem Mercatum erudita quidem epiſtola, de animi & Dei immortalitate. *Cum vero inter differendum eorum progreſſa longius fuiſſet diſputatio, eam ad calcem per ductam illo clauſerunt corollario, ut juncta ſimul dextera pacti fuerint, uter eorum ex hac vita prior decederet, (ſi liceret) alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem. Quibus inter ſe conventis, ambo jurati ab invicem diſceſſere. Interlapſo autem haud brevi temporis ſpatio, evenit, ut cum ſummo mane idem Michael ſenior, in philoſophicis ſpeculationibus vigilaret, ex inopinato ſtrepitum velociter currentis equi, ejusdemque ad oſtium domus curſum ſiſtentis audiret, vocemque ſimul Marſilii clamantis* O Michael, o Michael vera ſunt illa. *Ad vocem amici, Michael admiratur, aſſurgens, feneſtramque aperiens, quem audierat, vidit poſt terga ad curſum iterum acto equo candido candidatum: proſecutus eſt eum voce, Marſilium, Marſilium invocans; proſecutus & oculis, ſed ab eis evanuit. Sic ipſe novi caſus ſtupore affectus, quid de Marſilio Ficino eſſet ſolicitius per quirendum curavit (degebat ille Florentiæ, ubi diem clauſit extremum) invenitque eundem illa ipſa hora defunctum, qua eo modo auditus & viſus eſt ſibi. Quid tum ipſe? Licet enim antique probitatis vir eſſet, innoxiamque & proficuam omnibus vitam hactenus excoluiſſet, (prout decebat verum philoſophum) ex eo tamen tempore, valedicens philoſophicis diſciplinis, ſolius Chriſtianæ philoſophiæ*

cæteris

cæteris eminentioris propenſior cultor effectus, quod reliquum fuit temporis mundo defunctus, ſoli vitæ futuræ vixit, ſpecimen edens abſolutiſſimi omnibus numeris Chriſtiani, qui inter Philoſophos ſui temporis magna cum laude claruerat, nulli ſecundus. Hactenus Baronius.

§. IX. Ejusdem generis pactum & hoc inſecutam apparitionem Vincentius Beluacenſis *in ſpeculo ſuo hiſtoriali L. XXVI. c. 89.* refert: *Circa annos Domini mille nonaginta in civitate Nannetis duo Clerici nondum patientibus annis presbyterii, literis affatim inſtructi, inter ſe multum amici, hoc pactum inierunt, ut qui prior eorum moreretur, alteri vel vigilanti vel dormienti, appareret, intra triginta dies, data acceptaque corporali fide. Non multo poſt tempore, unus eorum obiit. Trigeſimo autem die adſtitit alteri vigilanti, & neſcio quid operis melienti, mortuus vultu exangui, & pallido, qui prior compellens: Agnoſcis me? inquit. Anoſco, reſpondit ille, & miror, quod ita tarde apparueris. Ille prius moram excuſans, tandem veni, inquit, & adventus meus ſi volueris, tibi fiet commodus, mihi autem omnino infructuoſus: nam ſempiternis datus ſum ſuppliciis. Ego, ait alter, juvabo te orationibus multis, jejuniis & eleemoſynis. At ille reſpondit:* Sine pœnitentia ſunt judicia Dei in inferno, dum rotat aſtra polus; dum pulſat littora pontus: pro criminibus meis puniar, ſi totus mundus mihi remedia exquireret; æterna tamen, & innumera pœnarum genera patiar, & ut aliquam ex meis rationalibus pœnis cognoſcas, en unam: *Protendit manum ſanioſo ulcere ſtillantem. Videturne tibi, ait ille, levis? Cumque ille levem ſibi videri referret, ipſe mortuus curvatis in volam digitis tres guttas defluentis tabis ſuper eum jaculatus eſt, quarum duæ tempora, tertia frontem contingentes, cutem ſicut ignito jaculo penetraverunt, foramen*

nucis capax efficientes. Illo magnam pœnam eſſe doloris clamore proteſtante: Hoc, *inquit mortuus*, erit tibi quam diu vixeris, & pœnarum mearum grave documentum, & niſi neglexeris, ſalutis tuæ ſingulare monimentum. Vade ergo, dum licet, muta habitum ſimul & animum, & eſto monachus Redonis apud ſanctum Melanium. *Cumque ad hoc vivus reſpondere nollet, mortuus eum oculi vigore perſtringens: ſi dubitas, inquit, miſer converti, lege literas iſtas, & hæc dicens, manum protendit tetricis notis inſcriptam, in quibus Satanas & omne inferorum ſatellitium, Eccleſiaſtico cœtui gratias de tartaro emittebant, quod cum ipſi in nullo ſuis voluptatibus deeſſent, tantum numerum animarum ſubditarum paterentur ad inferna deſcendere prædicationis incuria, quantum nunquam viderint retroacta ſecula. His dictis, loquentis aſpectus diſparuit. Et audiens, omnia vendens & dans pauperibus ſanctum Melanium adiit, & monachus ibi factus optime converſatus eſt.*

§. X. Pactum etiam ejusmodi Martinus Del-Rio Diſquiſit. Magic. Lib. II. Quæſt. XXVI. ſect. VII. p. 296. de Monacho quodam narrat apud Dominicanos Zamoranos. *Is*, inquit, *cum quodam Minorita hoc pactum* (nempe, ut is, qui prior moreretur, vivo appareat, eumque de ſuo ſtatu faciat certiorem) *inierat. Moritur Minorita, & poſt dies aliquot apparet ſtipulatori menſas ſternenti; & ait, ſe expiatorium circumgeſtare ignem. Et ad cruciatus ſui indicium, manum menſæ ligneæ craſſæ impreſſit: eamque alte admodum combuſſit. Notam hanc audivi ab oculatis (ut ajebant) teſtibus, ſupereſſe manus menſæ inuſtæ, & ad perpetuam rei memoriam parvulo clatro ferreo obtectam: & narrat in Chron. Dominicanorum Fratr. Anton. Senenſis, ut de re nihil ſit*

dubi-

dubitandum. Quæ vero Tilemannus Bredenbachius, Lib. VII. *Collat. ſacr.* c. 46. p. 739. recenſet, probet quisquis voluerit: Ita vero ſe habent: *D. Martinus Duncanus, Deconus Hagenſis, vir doctrina & vitæ integritate commendatiſſimus retulit, ſe adhuc apud Harlemiam agente ibidem contigiſſe circa annum Domini 1557. ut Anabaptiſta quidam, nomine Adrianus, matrem ſuam, adhuc catholicam conaretur in ſuam ſectam pellicere. Accidit autem, Anabaptiſtam illum in carceres conjici, ultimoque ſupplicio adjudicari; ad quod cum jam deducendus eſſet, acceſſit cum mater rogans, ut poſt obitum ſibi appareret, ſeque de ſtatu ſuo certiorem redderet; quem ſi felicem cognoſceret, ſe in eandem doctrinam conceſſuram. Filius ſupplicio affectus paulo poſt matri apparuit in forma teterrimi, nigerrimique canis, ajens, ſe eſſe ejus filium, ac perpetuo damnatum.*

§. XI. Ejusdem commatis eſt, quod de Silone, vel, ut aliis dicitur, Sirlone Magiſtro paciſcente, (quem tamen Simonem Pariſienſem fuiſſe ex literis Thomæ Reineſii ad B. Jac. Thomaſium exaratis obſervat Magnificus Dn. D. Mayerus in Program. ad Diſp. Inaugur. Joh. Alb. Fabricii p. 8.) communiter Pontificii narrant. Vid. Jac. de Voragine c. 158. Petr. de Natalibus L. X. c. 8. Pelwart de Themeſwar in Pomario Serm. XIII. Part. æſtival. f. 148. Meminit quoque ejus Antonius de Wood, in Hiſtoria Univerſit. Oxonienſis, cujus verba digna ſunt, quæ adſcribantur; ita autem p. 20. & 21. *Quoniam*, inquit, *de Arte ſophiſtica jam agimus, haud abs re fuerit illa attexere, quæ Jacobus Januenſis de Silone quodam Magiſtro Pariſienſi prodidit (qui tamen a Magiſtro Odone de Seryton vel Ceriton anno Domini cIↃ CLXXXI. florente, Serlo nominatur.) Huic autem*

tem diſcipulum quendam fuiſſe refert Januenſis; artis, quam prædiximus, ſtudioſum adeo, ut eidem diebus quoque feſtis inſudare non intermitteret. Ad virum hunc morbo exitiabili implicitum, extremumque ſpiritum trahentem, acceſſit Silo, impenſeque rogavit, ut ſi mori eum contingeret, ad ſe brevi remearet, certioremque de ſtatu ejus inter defunctorum animas faceret. Ille vero fato poſt paulo defunctus idem fertur præſtitiſſe: Apparuit enim caputio, argumentis una Sophiſticis ardentique flamma referto, indutus, his ſeſe præmiis, ob egregiam, qua pollebat, fallendi artis peritiam, cumulatum ingeminans. Porro autem cum Silo pœnam haud ita moleſtam arbitratus, porrecta manu flammas tentaret, tantis repente cruciatibus conflictabatur, ut affirmante ſpectro eosdem ſe toto corpore pati in animo ſtatim decreverit, mundo valedicere, Deoque ac rebus ſacris in poſterum vacare; quapropter accitis confeſtim diſcipulis, hoc illud diſtichon abſceſſurus donavit:

Linquo Coax Ranis, Cras corvis, vanaque vanis:
Ad Logicam pergo, quæ mortis non timet Ergo.

Hæc autem fabula (neque enim alio eam nomine ſignandam arbitror) ad Oxonienſes brevi, ut in pervetuſtis quibusdam ſcriptis reperio delata, tanta eos formidine perculit, ut Scholaris quidam exercitia pro gradu præſtiturus, Opponentem, argumentis fallacibus utentem, his palam verbis redarguerit: Profecto profecto, Domine Sophiſta, ſi ita procedis, proteſtor coram hac concurſione, quod non tibi dabo reſponſam; quæſo, Domine, memento diſcipuli Magiſtri Silonis Pariſiis &c. ſubinnuens nimirum, quod ſi doloſis ejusmodi ratiociniis inſanire pergeret, conſimilis pœnæ diſcrimen adiret.

§. XII.

§. XII. Majorem meretur fidem, quod ex Memoriis Rochefortii (Memoires de Mr. L. C. D. R. p. 417.) his verbis recenſet Eraſmus Franciſci in *Infernali Proteo* Hiſtor. 5. p. 17. ſqq. Zwo Perſonen von Condition lebten mit einander zu Pariß in vertrauter Freundſchafft, und waren gleichſam beyde ein Hertz; nemlich der Marqvis oder Marggraf Rambovillet, älteſter Bruder der Hertzogin von Montauſier; und der Marggraf von Preci, der älteſte des Hauſes von Nantovillet, in welchem ſich unter andern ein Reichs-Cantzler befunden, der unter der Regierung des Königs ſeiner Zeit, bey ſelbigen in ſo hohen Gnaden war, daß derſelbe durch ſeinen klugen Kopff alle Befehle ließ ergehen, und ihm mit einer unbeſchnittenen Gewalt, das Regiment zu führen erlaubete, auch endlich einen Cardinal-Hut ihm erlangte. Dieſe beyde Marggrafen giengen in den Krieg: wie in Franckreich gemeiniglich alles, was fürnehm, aus dieſer Blut-farbenen Ruhm-Qvelle Glück und Reputation zu ſchöpffen, bemühet iſt. Wie nun der Krieg eine tägliche Schule und Lehre der Sterblichkeit iſt, obgleich die wenigſte unter ſeinen Diſcipulen drauff mercken: alſo veranlaſſete es auch einsmahls dieſe beyde Hertzens-Freunde zu einem Geſpräch von den Sachen der andern Welt, und nachdem ſie davon mancherley Diſcourſe geführet, daraus gnugſam erhellete, daß ihnen nicht alles eingehen wolte, was man davon ſagt; thaten ſie einander die Verſprechung, daß welcher unter ihnen am erſten ſtürbe, derſelbige ſoll dem andern ſeinem guten Geſellen und Freunde alsdenn von dannen Zeitung bringen ſolte: gaben auch einander darauff einen Handſtreich, zum Pfand-Zeichen, daß ſie ihr Wort halten, und ſolches Verſprechens eingedenck ſeyn wolten. Hernach lieſſen ſie die Materie fahren, und fiengen an von andern, gleichfals ernſtlichen Sachen

zu

zu reden. Hiernächſt verfloſſen zween oder wol drey Monate, ohn daß ſie weiter dran gedacht hätten, was ſie einander dißfalls zugeſagt. Unterdeſſen kam die Zeit, daß man ins Feld und zur Armeè geht, herbey; und verreiſete deswegen der Marggraf von Rambovillet in Flandern, der Marggraf von Preci aber muſte zu Pariß bleiben, bey einem Bader, Nahmens Dupin, in der S. Antonius-Gaſſen: alda ihn ein boßhafftes Fieber arreſtirte, und von dem Feld-Zuge abhielte. Uber einen Monat oder fünff Wochen hernach, ward früh Morgens um ſechs Uhr, als der Marggraf von Preci ſich noch im Bette befand, gähling der Vorhang des Bettes weggeriſſen, deswegen ſich der Herr von Preci herum warff zu ſehen, wer es doch wohl ſeyn möchte, der den Vorhang weggezogen; Und ſiehe! da erblickte er den Marggrafen von Rambovillet, der in Stiefeln und Sporen vor ihm ſtund. Er wolte demſelben um den Halß fallen, und damit eine Freude über ſeine Wiederkunfft bezeugen: Jener aber wich ein paar Schritt zurück, und ſagte zu ihm, es wäre nicht mehr um die Zeit, daß man einander mit dergleichen Freundlichkeiten begegnete: Er käme jetzo nur allein deßwegen, daß er ſich ſeines Verſprechens, ſo er ihm gethan, möchte entbinden. Er wäre geſtern Abends in einem Scharmützel geblieben: Es ſey nichts gewiſſers noch wahrhafftigers, als dasjenige, was man hier in dieſer, von der andern Welt, ſagte; Darum ſolte er bedacht ſeyn, ſein Leben anders zu führen, weder er anitzo noch thäte, und ſolches ja nicht auffſchieben, ſintemal daſſelbe bey dem erſten Treffen drauff gehen würde. Wie ſeltſam und fremd dieſe Rede dem von Preci vorgekommen kan man leicht gedencken. Unterdeſſen kunte er doch dasjenige, was er hörete, noch nicht gläuben: ſondern

bildete

bildete ſich ein, ſein guter Freund rede ſolches im Schertz und aus Vexirung: ſchwang ſich derohalben zum Bette heraus, um denſelben zu umarmen; umfieng aber anders nichts als einen Wind. Und der von Rambovillet, da er ſahe, daß er ihm nicht wolte glauben, zeigte Ihm den Ort des Leibes, wo der Schuß hineingegangen, nemlich in die Lenden, allda man noch das Blut ſahe herab fließen, hernach verſchwand er und hinterließ den von Preci in ſolchen Schrecken, der nicht zu beſchreiben. Ubi notandem, dicta Marggrafii de Rambovillet vera fuiſſe: Eum enim in velitatione occubuiſſe, novellæ abhinc ex Flandria referebant; & Marggrafium de Preci prima in pugna vitam cum morte commutaturum eſſe, tempus ſubſequens maximo cum dolore totius familiæ illuſtris docuit, quæ omnia memoratus autor prolixe narrat.

§. XIII. Nec minus memorabile eſt, quod extat apud Joſephum Glangvil, quondam Regi Britanniæ a concionibus aulicis, & membrum præcipuum ſocietatis Curioſorum *in Sadduciſmi Triumphati* Part. III. p. 139. ſeqq. (qui liber primum idiomate Anglicano exaratus fuit, poſtea vero An. 1701. in Germanicam verſus hiſce verbis: Præmittitur titulus: Major Georg. Sydenhams Geiſt erſcheinet dem Capitain William Dycke. Extract aus einem Brieffe von Mr. James Douck von Mongton an Mr. Joſeph. Glangvill. Hinc res ipſa narratur: Betreffende die Erſcheinung des Geiſtes von Major Georg Sydenham, weiland von Dulverton in der Grafſchafft Sommerſet, dem Capitain William Dycke wiederfahren, des weyland von Skilgate auch in derſelben Grafſchafft, und nunmehr ebenfals todt iſt, davon hat mir der berühmte und hochgelahrte Doctor, Thomas Dyke ein naher Bluts-Verwandter des Capitains, Erzehlung gethan, wie folget:

 Kurtz

Kurtz nach des Majors Tod ward der Doctor zu ein in eben dem Hauſe erkrancktes Kind gefodert; hingehende ſprach er unterwegens an bey dem Capitain, der erboth ſich jenen gantz dahin zu vergeſellſchafften, denn er müſte doch, wie er ſagte, deſſelbigen Abends hingegangen ſeyn, wenn ſchon er dieſe angenehme Geſellſchafft nicht angetroffen hätte. Als ſie nun waren da gekommen, und von den Leuten im Hauſe mit aller Höfflichkeit bedienet worden, begaben ſie ſich frühzeitig zu Bette, welches ſie begehret hatten, daß nur eines von ſie beyde möchte ſeyn. Eine Weile gelegen habende, da klopfft der Capitain und befiehlt dem Knecht, ihm zwo Kertzen herauff zu bringen, von den dickſten und längſten, die er könte kriegen, und dieſelbe anzuzünden: Darauff fragte der Doctor den Capitain, was er doch damit im Sinn hätte? Der Capitain antwortete: Herr Vetter, ihr wiſſet wol, wie ich mit meinem Major pflegte zu diſputiren, ob ein GOtt ſey, und ob die Seele unſterblich: in welchen Stücken wir noch nicht haben können eine Auffſchlüſſung finden, wie ſehr wirs auch geſuchet und verlanget; deßhalben wurd endlich auffs beſtändigſte zwiſchen uns beyden abgeredet, daß, welcher von beyden zu erſt würde ſterben, der ſolte die dritte Nacht nach ſeinem Begräbniß, zwiſchen zwölff und Ein Uhr in dem, hier im Garten ſtehenden Sommer-Häußlein erſcheinen, und da einen vollen Bericht von dieſen Sachen abſtatten, an den nachgeblibenen, der gewiß auff die beſtimmte Zeit da gegenwärtig ſeyn, und ſein Genügen empfangen ſolte. Nun iſt dieſe, ſprach der Capitain ferner, die beſtimmte Nacht, und ich bin hier gekommen, mit Vorſatz, meine Zuſage zu erfüllen. Der Doctor rieth es ab, und führete ihm zu Gemüth, die ſolchen ungewöhnlichen Vornehmen obſchwebende Gefahr, davor er keine Verſicherung könte haben; und daß der Teuffel durch

eine

eine behende Liſt ſich dieſes verwegenen Vornehmens leicht könte bedienen, zu ſeinem Vortheil, und zu äuſſerſtem Verderben des Capitains. Der antwortete: Er hätte ſich feyerlich eingelaſſen, und nichts ſolte ihm vom Worthaltung zurücke halten. Und ſagte weiter: Wo dem Doctor beliebte, eine Weile mit ihm wacker zu bleiben, es ſolte ihm lieb ſeyn; wo nicht, möchte er ſich zur Ruhe legen, er ſelbſt aber bliebe entſchloſſen, zu wachen; damit er ohnfehlbar auff beſtimmte Stunde zugegen ſey. Zu dem Ende legte er ſeine Sack-Uhr vor ſich nieder, und ſo bald er dabey merckte, daß es halber Zwölff iſt, ſtehet er auff, nimmt in jeder Hand eine Kertze, und gehet aus zu einer Hinter-Thür, davon er ſich den Schlüſſel vorhero hatte geben laſſen, und wandelt nach dem obberührten im Garten ſtehenden Luſt-Häußlein, allwo er drittehalbe Stunden lang beſitzen geblieben; und wieder zum Doctor kommende ſagte: Er hätte nichts ungewöhnliches weder gehöret, noch geſehen; aber ich weiß gewiß, ſprach er, mein Major würde keines weges unterlaſſen haben zu erſcheinen, wäre es, daß er hätte können. Ungefehr ſechs Wochen nach dieſem ritte der Capitain nach Caton, daſelbſt ſeinen Sohn in Koſt zu beſtellen, und der Doctor war eben ohngefehr wiederum ſein Reiſe-Gefehrte. Sie logirten daſelbſt in der Herberge, genant der groſſe Chriſtopher, und ſchlieffen da zwo oder drey Nächte, jedoch nicht beyeinander in einem Bette, als vorhin zu Dulverton, ſondern ein jeder in einer beſondern eigenen Kammer. An dem Tage ihrer Abreiſe des morgends blieb der Capitain in ſeiner Kammer länger, denn er gewohnet war, verziehende, vor des Doctors Kammer anzuſprechen. Endlich kommt er hinein, aber in Angeſicht ſo geſtaltet, daß er ihm ſelber kaum gleichete; Haare und Augen ſtarre ſtehende, und ſein gantzer Leib zitternde und bebende. Der Doctor mit Verwun-

derung fragte bald: Was iſt euch wiederfahren, Herr Vetter? Der antwortete: Ich habe meinen Major geſehen. Worauff der Doctor ein wenig zu lächeln begunte. Aber der Capitain verſetzte gleich darauff: Hab ich ihn je mein Lebetag geſehen, ſo habe ich ihn nun eben itzt geſehen; und erzehlete dem Doctor, was ihm begegnet war, in ſolcher maſſen: Dieſen Morgen, als es ſchon Tag geworden, kommt einer zur Seiten meines Bettes, ziehet plötzlich den Umhang zurück, und ſpricht: Capitain, Capitain! (ſo pflegte der Major den Capitain wol zu nennen, als mit einer Redens-Art von ſonderlicher Vertrauligkeit.) Dagegen ſagte ich: was iſts, lieber Major? Da antwortete er: Ich konte auff die beſtimmte Zeit nicht kommen, aber ich bin nun kommen, euch zu berichten, daß ein GOtt iſt, und führwahr ein ſehr gerechter und erſchrecklicher, und wo ihr nicht umkehret, ſo werdet ihrs ſo befinden. Auf der Taffel, (fuhr der Capitain fort,) lag mein Degen, der mir ehemahls vom Major geſchencket iſt. Das Geſpenſt um die Kammer einmahl oder zwey überſpatzirt habende, nahm den Degen, zog ihn aus, und findende ihn nicht ſo ſauber und blanck als billich: Capitain, Capitain, ſprach es, dieſer Degen pflegte auf ſolche Weiſe nicht gehalten zu werden, zur Zeit, da er mein war: nach ſolchen Worten verſchwand es plötzlich. Der Capitain blieb nicht allein gantz gewiſſe deſſen, was er gehöret und geſehen, ſondern getrug ſich auch ſo, daß man ſpürete, daß es ihn ſehr eingenommen hielte. Sein vorig luſtiger Humor war mächtig verändert, ſo gar, daß er deſſelben Mittages kaum ein Bißlein Eſſens genoß, obgleich die Freunde an demſelben Orte ein gut Mahl zu Abſchied zubereitet hatten; Ja man ſpürete, daß, was der Capitain geſehen und gehöret hatte, ihm noch lange hernach beyblieb; ſeine Bekandte und Freunde urtheilen,

len, daß es ihm gantz nahe müſſe angelegen, und ſeines todten Freundes Worte ihm öffters friſch in die Ohren müſſen geſchollen haben ſeine gantze übrige Leb-Zeit hindurch, ſo ungefähr zwey Jahr geweſen.

§. XIV. Idem laudatus auctor duo alia apparitionum exempla ex auctoribus fide dignis recenſet, p. 149. ſqq. Nam & Pater Filiæ, & Filia Patri poſt mortem apparuiſſe fertur. Dabimus rem propriis auctoris verbis delineatam. De prima ſic ſcribit: Von Erſcheinung Mr. Watkinſons Geiſtes an ſeiner Tochter Toppam, enthalten in einem Brieff von Miſtris Taylor of the Ford by Saint Neots geſchrieben an Doctor Ezechias Burton, Mein Herr. Ihm und ſeiner Ehe-Liebſten meinen Ehrenwilligen Dienſt zuvor. Zur Antwort auff ſeine Frage dienet hiemit, was ich aus meines Vettern Munde gehöret, wie folget: Ihr Nahme war Maria Watkinſon, ihr Vater wohnete auff Smithsfeld zu Londen, ſie aber war verheyrathet an einen Francis Toppam, und wohnete zu Yorck mit demſelben ihrem Ehemann, der nicht von den beſten war: Sie war auch gegen ihrer Eltern Willen entführet, ſo daß dieſelbe ihn nicht liebeten, ſie aber kam offters zu ihnen. Als ſie nun letztmahls bey ihnen war, ſagte ſie beym Abſchied-nehmen zu ihrem Vater: Sie befürchtete, Sie würde ihn nimmer wieder ſehen. Er antwortete: Solte er ſterben, wo jemahls GOtt den Verſtorbenen erlaubete, die lebende zu ſehen, ſo wolte er ſie wieder ſehen. Nachdem er dann nun ſchon ein halb Jahr ungefehr begraben geweſen, liegt ſie in einer Nacht zu Bette, und kan nicht ſchlaffen, bald hört ſie eine Muſic, und die Kammer wird heller und heller; und ſie gantz vollenkommen wacker ſeynde, ſiehet ihren Vater ſtehen, zur Seiten ihres Bettes, der ſpricht zu ihr: Mary, habe ich dir nicht geſagt, ich wolte dich ein-

mahl wieder ſehen? Sie nannte ihn Vater, und redete von vielen Dingen, und er geboth ihr gedultig zu ſeyn, und ihre Pflicht gegen ihre Mutter zu erfüllen. Unter andern zeigte ſie ihm an, daß ſiedert ſeinen Abſterben ſie eines jungen Kindes geneſen, worauff er ſagte: Sie würde deſſelben Kindes nur eine kurtze Zeit zu warten haben. Er ſagte zuletzt: Was ſie ihm noch mehr zu ſagen hätte, möchte ſie nun itzunder thun, dann er müſte gehen, und ſie würde ihn von nun an nimmer wieder ſehen, biß ſie beyde wieder zuſammen kämen im himmliſchen Reich. Darauff wurde die Kammer finſterer und finſterer, und wie ſeine Ankunfft, ſo war auch ſein Abzug mit einer ſchönen Muſic. Und ſie ſagt, daß ſie nach der Zeit niemahls weder von ihm getraumet, noch ſeine Geſtalt wieder geſehen. Er war ein ſehr redlicher und gottſeliger Mann, ſo weit ich ihn gekannt habe. De poſteriori apparitione ibidem legimus: Dem Doctor Farrer erſcheinet ſeiner verſtorbenen Tochter Geiſt. Extract aus einem Brieff von Mſr. Edward Fowler an Doctor Henry More, datiret den 11. May 1678. Dieſe Woche erzehlte mir Jhro Ehr-Würden Mſr. Pearſon, Prediger in dieſer Stadt London, daß ſeiner Frauen Groß-Vater, Nahmens Farrer, ein Mann von groſſer Gottesfurcht und Königl. Leib-Medicus, mit ſeiner eignen Tochter Miſtris Pearſon, ihrer Mutter, einer ſehr andächtigen Seelen einen Bund auff ſein Begehren gemacht, daß wer von beyden erſt ſterben würde, wo ſelig, ſolte nach dem Tode dem Nachgebliebenen, wo möglich, erſcheinen: Die Tochter hatte, jedoch nicht ohne Schwürigkeit, darinn gewilliget. Einige Zeit hernacher kam die Tochter, die zu Gillingham Lodge, zwo Meilen von Salisbury wohnete, ins Kind-Bette, und aus Verſehen hatte man ihr ein ſchädliches Getränck, an ſtatt des vor ſie verordneten gereichet,

wovon

wovon ſie plötzlich ſtarb. Ihr Vater wohnete und war damahls eben zu London; und als er auff dem Bette lag die Nacht da ſie geſtorben, kommt ſie gleich alſo fort, und öffnet die Cortinen, und ſchauet ihn an. Er hatte dazumahl noch nichts gehöret, daß ſie ſich übel auff befunden; allein auff dieſe Erſcheinung verkündigte er ſeiner Magd vor gewiß, ſeine Tochter müſte geſtorben ſeyn.

§. XV. Sed ſatis jam Exemplorum eſt, ex quibus elucet, quo usque nimia mortales adegerit curioſitas, ut vivi a mortuis edoceri voluerint, quid de vita hominis poſt mortem ſperare debeant. Tempus eſt, ut Judicium etiam Theologicum ſubjungam, & pro virium modulo, paulo accuratius exponere annitar, quid de ejusmodi apparitionibus ex pacto factis habendum ſit: ubi ante reliqua notandi veniunt Athei, qui petulante cachinno hæc omnia rident, & nec oculis nec auribus ſuis credentes totam rem pro phantaſmate, atræque bilis effectu, imo univerſas ejusmodi relationes pro totidem fabulis otioſorum, vel inſanorum, aut nimis meticuloſorum commentis habent. Quo ipſo ſcenæ ſuæ inſerviunt, ne, ſcilicet, vel animæ poſt mortem immortalitatem, vel Diaboli fraudes operationesque concedere neceſſe habeant. Ita Balthaſar Bekkerus fidem ejusmodi relationibus ſimpliciter derogat Lib. IV. der bezauberten Welt c. 16. ſqq. & c. 33. p. 292. ita inquiens: Nicht eines von allen Exempeln iſt, da es nicht an einen oder andern vornehmen Umſtänden gebricht, die nöthig wären zu wiſſen, ſo man etwas davon ſchlieſſen ſolte; nicht eines, da es nicht an der Gewißheit und gutem Beweiß mangelt; nicht eines, nicht Urſache ſey zu vermuthen, daß es durch Betrug angeſtellet worden. Sehr viel iſt nur durch Einbildung geſchehen, oder durch Vorurtheil gröſſer ausgegeben worden, und

auſſer

auſſer dieſem iſt alles natürlich, was drinnen iſt, aber ungemein, aber die Urſachen bey den meiſten nicht bekandt. Iſt demnach keine Zauberey, ſondern nur in der Meynung der Menſchen, kein Geſpenſt, keine Wahrſagerey noch Beſeſſenheit, die von dem Teuffel herrühret. Cujus veſtigia preſſius adhuc premit Dnus Chr. Thomaſius, ſcribens: Ich kan es nicht glauben, daß er (der Teuffel) können einen Leib annehmen, und in einer von dieſen oder andern Geſtalten den Menſchen erſcheinen. Ich gläube, daß dieſes alles entweder Erfindungen von müßigen Leuten ſind, oder falſche Erzehlungen derer, die andere betrügen wollen, ſich dardurch ein Anſehen zu machen, oder Geld von ihnen zu bekommen ꝛc. Erinnerung wegen ſeiner künfftigen Winter-Lectionen. 1702. p. 14. 15.

§. XVI. Sed vereor, ne his nimium ſapientibus accidat, quod Gentium ille magnus Apoſtolus Paulus ſcribit Rom. I. 22. *Quum ſe profiterentur eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Utut enim negari nequeat, magnam eſſe, inprimis apud ægrotos, mœrentes, furioſos ac melancholicos phantaſiæ vim, ita ut tragelaphos centaurosque fingant, & multa ſæpius videre ſibi imaginentur, quæ revera non ſunt, nec apparent, perinde ac Antiphones apud Ariſtotelem *Lib. 2. de Anima*, ſuam imaginem ſive ſimulachrum in aëre ſibi, quaſi in ſpeculo propter oculorum vitium ſemper obſervari exiſtimabat, aut quemadmodum Joh. Bapt. van Helmont per viſionem animam propriam intuitus eſt, in forma ſpiſſioris & caliginoſæ nebulæ, prout ipſe ſibi perſuaſit in *Venatione ſcientiarum* Opp. p. 14. Conf. quæ diſputat Cardanus *de ſubtilitate* L. XVIII. pag. 951. ſq. oſtendens, qua ratione Mortui & Dæmones naturaliter videri poſſint. Quamvis etiam haud raro ſenſus

ſus externi homines, præſertim meticuloſos ac ſuperſtitioſos, fallant, resque naturales, & artificiales ſimplices quandoque decipiant, ut pro larvis & ſpectris habeant, quæ ex naturalibus proficiſcuntur cauſis: qua de re evolvi meretur Del Rio in *Diſquiſit. Mag.* L. II. qu. XXVII. ſect. I. p. 297. & Ludov. Lavaterus *de Spectris Part. I. c. 2. 3. 4. & 11.* Conf. etiam Gisb. Voetii *Diſput. ſelect. T. I. Diſp. XLIX. de Spectris, pag. 995.* Imo licet dolis quoque & fraudibus ad decipiendum alios quandoque uſi ſint male feriati homines, imprimis apud Pontificios Monachi & Jeſuitæ, qui variis modis alios dementarunt, ut aliquam argenti vim colligerent, & voluptatibus impenderent, prout ex Hiſtoricis fide dignis prolixe demonſtravit Lavaterus *l. c. c. VI. & ſqq. p. 31.* & ſuo jam tempore ipſe Eraſmus paſſim *in Colloquiis & Epiſtolis* notavit. Quamvis etiam in uno atque altero ſuperius allegato Exemplo dubium circa ejus veritatem moveri omnino poſſit, quod ipſimet candide indicavi: Non tamen propterea omnia veterum æque ac recentiorum hiſtoricorum teſtimonia, anilibus accenſenda veniunt fabulis. Hoc enim modo univerſa hiſtoriæ Secularis & Eccleſiaſticæ certitudo dubia redderetur, & penitus infringeretur. Numne autem propterea, quod paſſim nonnulla in hiſtoria reperiantur falſa ac ſuppoſititia, nihil veritati conſentaneum ab ullo ſcriptore prolatum eſſe putabimus? Qui forte ſic concluderet, idem mihi agere videretur, quam ſi ex eo, quod copioſa hinc inde reperitur moneta adulterina, nullam genuinam ac probam eſſe colligeret: aut ſi ex eo, quod ſtultorum plena eſſe omnia, propter horundem multitudinem, in proverbio fertur, nullum inter mortales ſapientem ſupereſſe cenſeret?

Fallant licet aliquando ſenſus externi; nunquid propterea nunquam oculis & auribus credemus? Ægrotent alii & falſis phantaſiæ imaginationibus laborent; an nemo propterea ſanus & mentis ſuæ compos nobis videtur? Fallunt itaque ipſi & falluntur, quicunque falli alios & decipi quibuscunque relationibus ejusmodi putant, quique promiſcue vera cum falſis rejiciunt; quod Bekkerum feciſſe recte obſervat Dn. Chriſt. Thomaſius, nimis alioqui incredulus, dum *diſſert. ad Poiret. p. 38. ſqq.* de Bekkero ita judicat: *Virum alias doctiſſimum & inculpatæ, quamdiu vixit, vitæ, principiis Philoſophiæ, quam excoluit, in devia abreptum eſſe, & cum abuſum, h. e. ſuperſtitionem & nimiam credulitatem taxare debuiſſet, maluiſſe rem omnem auferre.*

§. XVII. Certe ejusmodi homines *ſimile quid patiuntur* (ut loquar verbis incluti inter Byzantinos Hiſtorici Georgii Pachymeris a Friderico Spanhemio in Elencho Controverſiarum p. 664. allegatis) *iis, qui ſtomacho crudi & infirmo, ubi cibum utilem, & facilis concoctionis perceperunt, alia ſuperingerunt non ſalubria, gulæ quadam aviditate, unde contracta nauſea profuturum alimentum, ſi ſolum fuiſſet, una cum noxio pariter evomunt.* Bene Lavaterus *Part. I. de ſpectris c. ult. p. 135. Qui multiplicia hæc & conſentientia teſtimonia veterum & recentiorum prorſus negare audet, indignus (me quidem judice) videtur, cui affirmanti aliquid, credamus. Nam ut magnæ levitatis eſt indicium, ſi quis promiſcue omnibus, qui affirmant ſpectra vidiſſe ſtatim credat: ita ex oppoſito maxima eſt impudentia, ſi quis omnia, quæ a tot, & fide dignis hiſtoricis, Patribus, & aliis magnæ autoritatis & gravibus viris affirmantur, temere & imprudenter rejicit.* Prolixius hæc deducere & de veritate Appari-

paritionum & Spectrorum diſputare poſſem, niſi provincia illa jam occupata eſſet ab aliis Conf. Brochmandi *Syſtem. P. I. c. 11. qu. 16. p. 106.* Balduinus *in Caſ. Conſc. L. III. c. VII. p. 609. ſq.* Joh. Meiſnerus diſſert. *de Apparitionibus Dæmonum* Witteb. Ao. 1654. habita Misler *in Caſ. Conſ.* c. 4. ſect. 4. qu. 2. p. 87. ſq. Chriſt. Donati & M. Sim. Frid. Frentzelius *diſſ.* Phil. Camerarius *Horarum ſucciſiv Cent. I. c. LXX. p. 322. ſqq.* Majolus *Dierum Canicul. T. II.* p. 561. ſqq. & Tom. VII. *Colloqu. 3.* p. 340. ſqq. Eraſmus Franciſ. im Hölliſchen *Proteus* p. t. Gerh. Joh. Voſſius L. I. *Theol. Gentil.* c. VI. p. 42. ſqq. Ludov. Lavaterus *de Spectris.* Gisb. Voetius *Diſp. ſelect. Tom. II.* Diſſ. VI. p. 98. ſqq. Abrah. Heidanus *de Origine Erroris* L. II. c. IV. art. 3. Reinerus Vogelſangius *in Exercit. Theol.* n. XXIII. p. 638. ſqq. Joſeph. Glangvil. *in Sadduciſmo Triumphato* p. t. Martin Del-Rio *Diſquiſit. Magic.* L. II. p. 93. ſqq. multique alii. Speciatim contra Bekkerum evolvi merentur, qui ex profeſſo illum refutarunt, quales præter Anonymos Belgas ſunt Maeſtricht, Marckius, Joh. van der Wayen, P. Hulſius, Ewerhard van der Hooght, Joh. Aalſtius, Paulus Steenwinckel, Poiretus & imprimis Melchior Leydekker. Ex noſtris huc ſpectant Mich. Berns, in der dreyfachen Welt, der Chriſten, Phantaſten und Bezauberten. Pet. Goldſchmiedt im Hölliſchen Morphæus *contra Bekkerum &c.* Et cum Bekkerus ſua præcipue ex Reginaldo Scoto & Anton. van Dalen deſumpſerit; præ cæteris evolvatur Guil. Perkinſi βασκανολογία Opp. T. I. p. 1003. ſqq. quæ teſte Leydeckero l. c. p. 52. Reginaldo jam memorato oppoſita eſt, in qua, ſi quis paulo accuratius argumenta penſitaverit, ſimul nervos omnes &

Bekkero & Diſſertationi Thomaſianæ *de Crimine Magiæ* præciſos eſſe nullo negotio deprehendet.

§. XVIII. Quibus præſuppoſitis porro diſquirendum eſt: Utrum id, quod apparet, ipſa hominis demortui anima ſit, quæ vi pacti & promiſſi, diſpenſante ita divino numine reverſa, ſe vere præſentem ſiſtat? Sunt, qui ipſam hominis mortui animam poſt fata apparere contendunt. Nam Platonicos veteres ea opinione imbutos fuiſſe, quod animæ defunctorum ſubinde ad homines vivos revertantur, ſeque iis conſpiciendas, audiendasque præbeant, terrore eosdem percellant & diſcrucient, ex ipſo Platone *in Phædone ſeu Dialogo de Anima*, Porphyrio, Athenæo, Maximo Tyrio, Eunapio aliisque conſtat. Unicum producam teſtimonium Appuleji, qui ex mente Gentilium lib. *de Deorum ſecretis p. 120.* ſcribit: *Animum humanum exutum & liberum, ſtipendiis vitæ corpore ſuo abjuratis, vetere latina lingua Lemurem dictitatum. Ex hiſce ergo*, inquit, *lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus, pacato & quieto numine domum poſſidet, Lar dicitur familiaris. Qui vero propter adverſa vitæ merita, nullis bonis ſedibus in terra vagatione, ceu quodam exilio, punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, hunc plerique Larvam perhibent.* Ex qua vana Gentilium perſuaſione, apud Romanos veteres *Lemuria* ſeu feſta lemuribus ſacra originem traxerunt ſuam, in quibus fabam noctu jacere ſolebant, Lemures ſe ex domo ejicere clamantes: quam tamen fabam nigram eſſe oportebat, ipſamque lotis manibus & pede nudo per ora verſare & poſt terga rejicere, ærisque tinnitum facere, utque Lemures fabis redemti domo abirent,

rent, novies orare; idque Majo menſe tribus noctibus fiebat, donec ſolutis religione animis, manes expiatos ducerent. Vid. Alexander ab Alexand. *Genial. Dier. L. III. c. 12.* Lylius Gregor. Gyrald. *in Hiſtor. Deorum ſyntagm. 7. Op. T. 1. p. 215. & ſyntagm. 17. de ſacrificiis Ib. p. 535.* Dempſterus *in notis ad Roſin. Antiquit. L. 1. c. 10. p. 16.* & ipſe Roſinus *Antiquit. Roman. L. IV. c. 9. p. 271.* Imo apud Gentiles in more poſitum fuiſſe annua feſta facere, quæ appellabantur *Purificationes pro animabus defunctorum*, ne vivos apparitionibus perterrefacerent, atque inde menſem Februarium nomen ſortitum eſſe, teſtatur Abulenſis *Quæſt. XV. ad Cap. XV. Levitic.* reſpiciens forte ad *Feralia* hoc menſe celebrari ſolita, de quibus Ovidius:

Hanc quia juſta ferunt dixere Feralia lucem,
Ultima placandis manibus illa dies.

Conf. Roſinus *l. c. L. IV. c. 6. p. 255.*

§. XIX. Eandem opinionem non immerito Rabbaliſtis Judæorum Rabbinis tribui, ea ſatis edocere poſſunt, quæ ex libro antiquiſſimo Zoar famoſiſſimus ille Apella R. Menaſſe Ben Iſrael *L. II. de Reſurrectione Mort. c. 6. p. 171.* adducit: *Quare*, inquit, *lubet amplecti opinionem antiquiorum, quam in libro Zoar expreſſam legimus: Quæ hoc fundamento nititur, quod Deus dicitur ex puriſſima materia X. ſceriphot ſive divinas luces feciſſe, & ex impuriori alios X. ſpiritus, potentias exteriores, quos vocant* קליפירת *ſive putamina. Decem priores ſunt ſummi & ſupremi, & alii decem ſunt inferiores ſeu ſublunares. Idcirco certe ſtatuendum eſſe dicunt, dari ſpiritus quosdam, quorum tanta poteſtas in animas hominum defunctorum ſit, ut eas ſibi ſubjectas habeant, & quo ipſis videtur corpore induant. Sed neceſſe eſt, ut id faciant intra*

ſpatium XII. menſium, poſt exceſſum hominis: Nam per id tempus ſæpenumero (uti in Gemara Sabat legitur) anima aſcendit & deſcendit ad corpus. Et ratio eſt, anno integro anima non omnino abeſt a corpore ſuo, neque amorem domicilii ſui plane abjicit: hinc quamdiu annus iſte abſolutus non eſt, remigrare ac detrahi poteſt a ſpiritibus in corpus ſuum, quippe qui in aëre habitant. Atque hæc veriſimillima opinio eſt; dicendum proinde eſt, potuiſſe Saulem alloqui, eique futura prædixiſſe. His adſtipulantur Muhammedani, qui itidem animarum a corporibus ſeparatarum apparitiones credunt, uti ex Surata IX. & XXVI. conſtat. Nec Indos, Brachmanos, Calecutios, Malabarenſes ab hac opinione alienos eſſe, teſtatur Paulus Venetus *L. III. c. 28.* Imo Floridenſes & Peruvios eodem errore faſcinatos eſſe Levinus Apolomus *in hiſtoria Peruviæ* commemorat.

§. XX. Ad quorum omnium conſenſum communiter Pontificii provocare ſolent, imprimis Lojoliticorum par nobile fratrum, Del-Rio *Diſquiſit. Magic. Lib. II. Quæſt. XXVI. Sect. IV.* & Caſp. Schottus *Phyſ. Curioſ. L. II. c. 19.* qui ut animas hominis mortui apparere oſtendant, undique argumenta & teſtimonia corradunt. Neque inſolens eſt Pontificiis, ut errores quomodocunque pallient, animarum apparitiones vel e cœlo, vel e purgatorio vel ex ipſis inferni faucibus fingere, ut ſcilicet operum merita, cultum ſanctorum idololatricum, eleemoſynas & preces pro defunctis, & in quo defendendo ventris cauſſa, nihil intactum relinquunt, purgatorium, deficiente Scriptura, ſuperſtitioſo populo eo facilius perſuadeant. Sic enim mendacia mendaciis tegenda eſſe arbitrantur, ne perpluant. Vid. Jac. de Cluſa, Cartuſianus Theol. Doctor,

qui

qui peculiarem librum ſcripſit *de Apparitionibus animarum ſeparatarum, Burgdorfi an. 1475. impreſſum;* Similiter Petrus Thyræus in peculiari *de Adparitione ſpirituum libro, cap. imprimis XIII. p. 51.* varios uſus ex credita & defenſa animarum ſeparatarum viſione & apparitionibus in Eccleſiam Papæam redire, prolixe oſtendit. Conf. Mart. Chemnitius in *Exam. Concil. Trident. Part. III. p. m. 551. ſqq.* & Balth. Meiſnerus *de Purgator. c. VIII. p. 701. ſqq.*

§. XXI. Licet vero celeberrimus ille ac doctiſſimus in Anglia Vir, Henricus Morus, a ſuperſtitione Papæa longiſſime abſit, neſcio tamen quid in mentem ipſi venerit, quod idem cum illis hac in parte aſſerere, ac ipſas animas hominum a corporibus ſeparatas aliquando apparuiſſe, affimare nullus dubitaverit. Ita enim *Lib. II. de Immort. animæ, c. 16. Opp. Philoſ. T. II. p. 383.* ſcribit: *Qui rebus hujus generis fidem adhibent, præjudicia ab inſtitutione hauſta, nempe, animam hac vita defunctam vel ſtatim abripi in cælum empyreum, vel ad centrum terræ præcipitari, faciunt ut apparitiones animarum humanarum, etiam his, incredibiles prorſus videantur; qui proinde in earum locum Angelum aliquem aut Dæmonem ſemper ſubſtituunt, qui perſonam earum ſuſtineat, ipſis non vacantibus ſuas per ſe partes agere. At quamvis falſa opinio & præjudicium impedire poſſint, ne argumentum vim ſuam habeat, apud eos qui ita impliciti ſint. Ratio certe non poteſt non obtinere apud liberos. Ad hos ergo provocare auſim; an non (cum vehicula aërea animabus cum aliis geniis cummunia ſint, cum ſpiritus ſic apparens profiteatur, ſe animam eſſe certi cujuspiam hominis, dictumque hominem vultu referat; cumque res ipſæ tanto molimine agitatæ juſtiſſimæ ſint & graviſſimæ, quas a dæmonio tanta ſolicitudine & benevolentia promoveri neutiquam*

conve-

convenit; neque ſane a bono genio, eo quod præſtanti adeo natura indignum prorſus ſit mentiri, præſertim ubi ſine mendacio negotium perinde poteſt confici) ad quenquam, inquam, hominem provocare auſim, annon, his omnibus in unum collectis riteque expenſis, præjudicio libram neutro deprimente, victura ſit cauſa hic orata; annon etiam æquus judex omnis, ſi quæ de animabus hominum apparentibus ubique & per omnia ſecula memorantur, vera ſunt, hoc quoque verum eſſe ſtatuere debeat, eorum animas ipſas eſſe revera, proindeque animas humanas & ſupereſſe & agere, poſtquam terreſtria hæc corpora deſeruiſſent. Et Joſephum Glanvil amice hac in re cum animo conſpirare ſatis ſuperque probant, quæ habet *Sadduceiſmi triumphati Part. II. Sect. XXIV. p. 163. & Sect. XXVI. p. 167.* ubi ita concludit: So mag es wohl ſeyn, und ich ſehe nicht, warum ſeeligen Seelen ſolche Freyheit (ut aliis ſcilicet apparere poſſint) nicht ſolte dann und wann zugelaſſen werden.

§. XXII. Nos immotis Scripturæ S. teſtimoniis nixi, ipſam hominis animam poſt fata non poſſe apparere, certiores ſumus quam certiſſimi. Nam hominem defunctum nunquam in terram reverti expreſſe Jobus teſtatur, quando *c. VII, 8. 9. 10.* ita inquit: *Non luſtrabit me oculis ſuis, qui videt me, ſi tuus oculus ad me ſit, non ero: conſumitur nubes & abit. Sic eſt, quid deſcendit ad inferos* (לא־יעלה) *non aſcendet. Non redit in poſterum domum ſuam, neque agnoſcet eum amplius locus ſuus.* Quæ verba ita clare ac perſpicue omnem defunctorum in has terras reditum negant, ut ſolis ſcripta radiis eſſe videantur. Eadem fuit fides Davidis: Ille enim divino judicio orbatus filio ex Bathſeba progenito hoc fere ſolatio ſe erexit: *Si mortuus eſt filius, cui bono jejunavero? An repetere eum potero? Mi-*

grabo

grabo ad ipſum: at non revertetur ipſe ad me. 2. *Sam. XII.* 23. Quæ filioli hujus defuncti, eadem haud dubie omnium defunctorum conditio eſt, ut huc redire ad amicos mœrentes nullo modo poſſint. Et ne quis hæc de reditu corporis defunctorum ad hanc mortalem vitam tantum intelligenda eſſe putet, habemus explicationem omni exceptione majorem, quando Hieropſaltes Pſalm. LXXVIII, 39. expreſſe de ſpiritu hominis idem affirmat: *Recordatus eſt Deus, quod caro eſſent* רוח הולך ולא ישוב *Spiritus vadens & non revertens: (vel vento ſimilis, qui vadit & non revertitur.)* Quod ſi ipſa hominis mortui anima poſt mortem ex pacto revertitur, quomodo quæſo fides conſtare poterit dicto? Accedit, quod piis mentibus ſtatim poſt diſceſſum e corpore tam bene eſt, quam contra male impiis, ut cum hominibus in hac vita, nihil prorſus iis ſit commercii. Si enim ad perpetuos inferni carceres damnata eſt anima a corpore ſuo ſeparata, tunc *hiatus ingens conſtitutus eſt, ut licet velit, exinde tranſire non poſſit.* Luc. XVI. 26. Quod ſi vero beata analyſi corporis ergaſtulo ſoluta, *ad panegyrin ſpirituum juſtorum conſummatorum* Hebr. XII. 23. translata ſit anima, tantum abeſt, ut deſideret, vel a Deo expectet modum, ſe vel ſtatum partæ in cœlis gloriæ notificandi viatoribus; ut potius omni deſiderio & amore amicorum carnali exuto, in DEO ſuo tota delicietur, & in ejus voluntate ac beneplacito ſvaviter acquieſcat. Unde recte Joh. Gerhardus de Cœlitibus judicat: *Abolitus erit omnis carnalis affectus, quo beati in hac vita cognatos ſuos, fuere proſecuti: Major affectus extinguet minorem, ſpiritualis & cœleſtis carnalem* in Locis Theolog. *de vita æterna* §. 148. Nec minus bene Burmannus *Syſt. Tom. poſt. L. VIII. c.* 25. §. 20. *Videtur certum, carnales & terrenos*

affectus in cœli municipibus locum non habituros. Nec enim cognatum affinemque ſangvinem ibi minusque in terris, inani ſtudio requiremus, ac præcipuo quodam præ reliquis cælitibus, amore ac honore dignabimur; aut denique de amicis relictis ac tanta felicitate fraudatis nos multum fatigabimus; Affectus enim illos abſorbebit unus Dei amor ac ſtudium, in quo ſolo deliciabimur, inque ſummo ejus beneplacito ſvaviſſime ſine ulla querela recumbemus. Denique non eſt integrum animabus ſeparatis a corpore, poſt fata hominibus apparere; quippe, quæ omni corporeo medio ad id deſtituuntur, & aliud corpus, in quo appareant, aſſumere nequeunt. Anima enim quælibet ſeparata, tanquam ſpiritus incompletus, ex naturali propenſione ordinata eſt ad proprium corpus organicum, quod olim inhabitavit, & quidem ad informandum illud. Quomodo igitur illa libere uniretur cum corpore alio quocunque accidentaliter & aſſiſtenter, ut loquuntur Scholaſtici? Et licet illa facultatem ſuam motricem retineat, inde tamen nondum ſequitur, eam alia poſſe movere corpora, præter id quod informavit, prout diſputat Thomas *Part. I. qv. 117. a. 3.* Capreolus *4. diſt. ult. qu.* 2. Scotus *4. diſt. 45. qu. 1. a. 3.* Svarez. *Diſp. LI. Metaph. ſ. 6. num 32.* Unde enim probabitur, animam ſeparatam, præter naturalem inclinationem, quam habet ad reunitionem cum proprio corpore, gaudere uniri cum alio, ut id poſſit movere? Ipſi Ciceroni Ethnico ſententia de animabus redeuntibus ob id abſurda & rectæ rationi repugnans videbatur, quod dicerentur fuiſſe locutæ cum recitatis verſibus illis, circa Averni lacum:

Adſum,

Adſum, atque venio Acherunte vix, via alta atque ardua
Per ſpeluncas ſaxis ſtructæ, aſperas pendentibus
Maximis, ubi rigida conſtat craſſa caligo Inferum;
Unde animæ excitantur, obſcura umbra, aperto oſtio
Alti Acheruntis, falſo ſanguine imaginis mortuorum.

Has tamen imagines, inquit, *loqui volunt, quod fieri nec ſine lingua nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum, pulmonumque vi, & figura poteſt.* Vid. ipſe Cicero *Tuſcul. Quæſt.* 1.

§. XXIII. Neque juvat quicquam Adverſarios, quando excipiunt, quod licet anima a corpore ſeparata proprio auſu ſecundum naturæ curſum ordinarie non poſſit redire, poſſit tamen per ſingularem Dei diſpenſationem reverti; qui extraordinarie quandoque animas, ut ex pacto redeant, & fidem datam ſervent, vivosque hac ratione erudiant, permittat: Nam frigidum illud prorſus ac dilutum eſt. Unde enim Adverſariis de Dei diſpenſatione extraordinaria conſtat. Sane cum *Deus faciat quæ vult* (*Pſ. CXV. 3.*) voluntas illa permiſſiva divina hic non præſupponenda, ſed probanda omnino erat. Tantum autem abeſt, ut probari ab Adverſariis poſſit, ut potius contrarium diſertis verbis in Scriptura S. legatur. Cum enim helluo Abrahamum inſtanter rogaſſet, ut Lazarum mitteret in domum patris ſui, ut teſtificetur quinque fratribus ejus, ne & ipſi veniant in hunc locum tormenti; reſpondit Abraham: *Habent Moſen & Prophetas, audiant eos.* Et cum regereret miſer: *Non Pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis abierit ad eos, reſipiſcent.* Denuo id negatum illi eſt, hac addita ratione: *Si Moſen & Prophetas non audiunt, ne ſi quidem quiſpiam ex mortuis excitetur,*

citetur, aſſentientur. Luc. XVI. 27. ſqq. Principium igitur petunt adverſarii ad permiſſionem hic divinam provocantes. Bene Athanaſius, aut quicunque Autor Quæſtionum *ad Antiochum* Quæſt. XIX. *Opp. T. II. p. 338. Non permiſit Deus redire quemquam inde, qui annunciaret, ubi aut quomodo ſint, illæ a nobis profectæ animæ.* Et Quæſt. XXXV. quærit: *Num quid ergo ſcire poſſumus, quare non permiſerit Deus animam alicujus eorum, qui e vivis deceſſerunt, ad nos redire & enarrare, qualisnam rerum apud inferos ſtatus, & qualis ibi ſit neceſſitas?* Et reſpondet: *Multi apud nos inde errores orirentur. Multi enim Dæmones formas humanas induere, & in hominum demortuorum figuris transformari potuiſſent ac dicere, a mortuis ſeſe reſurrexiſſe, atque inde multas res ementitas & falſa dogmata, de iis, quæ ibi fiunt, ſpargere, idque ad ſeducendum nos & perdendum.* Conf. quæ hanc in rem diſſerit Tertullianus, *Libro de anima circa finem* & Chryſoſt. *Homil. ult. de Devite & Lazaro.*

§. XXIV. Sed ne gratis hanc ſuam ſententiam foviſſe videantur ψυχοφανείας aſſertores, ad varia Scripturæ S. loca provocant. Sic Samuelem Prophetam poſt obitum apparuiſſe Sauli Regi putant: Moſen, qui ante aliquot ſecula e vita exceſſerat, item Eliam, qui igneo curru abreptus erat, Chriſto Servatori noſtro ejusque tribus diſcipulis, ad hoc delectis, in monte Thabor: Lazarum quoque Bethanienſem e quiete ſua rediiſſe in terras: multos etiam alios a Chriſto ejusque Apoſtolis & Prophetis ex mortuis ſuſcitatos eſſe. Quid? quod ipſe Chriſtus Diſcipulis ſuis ex Pacto & Promisſione facta poſt mortem apparuerit, unde & Apoſtoli crediderunt ſibi apparere Spiritum, vel animam Chriſti, ut quidam ex ipſis quoque Patribus volunt. Denique

nique ex Conciliorum decretis, veterum Patrum teſtimoniis & conſenſu Gentium ſuam ſatis firmatam eſſe ſententiam ſibi perſuadent.

§. XXV. Verum rationes iſtæ tanti momenti non ſunt, ut a ſententia nos dimovere poſſint. Nam quod primo loco exemplum Samuelis attinet, de quo 1. Sam. XXVIII. 7. ſqq. legitur, licet ſint tam ex veteribus, quam recentioribus, qui ipſam Samuelis Prophetæ animam Sauli apparuiſſe contendant, inter quos haud ita pridem Joſeph. Glanvil *in Saduciſmo triumphato P. II. ſect. 21. ſqq. p. 158.* id mordicus defendere conatus eſt. Ex ipſis tamen textus viſceribus contrarium patet, & non una ratione demonſtrari poteſt, Samuelem, qui Sauli locutus eſt, verum & magnum illum Prophetam non fuiſſe, ſed inane ſpectrum & execrandum Satanæ ludibrium. Etenim non abſurdum minus, quam impium eſt, ſanctorum defunctorum animas magicis carminibus & veneficiis ſubjectas eſſe arbitrari. Quippe Diabolus nullam facultatem aut poteſtatem habet in *ſpiritus* (τετελειωμένους) *conſummatos*, ut pro arbitrio e cœleſti illos gloria evocare poſſit, hisque nil niſi obedientiæ gloria impuro ſpiritui exhibenda maneat reliqua. Neque etiam Satanas morali aliqua ratione ſpiritum Samuelis ex umbris educere potuit, puta imperando, rogando aliisque id genus modis. Nam ejusmodi ſeu imperio ſeu precibus locus eſſe non potuit apud talem ſpiritum, qui ſoli Deo in omnibus erat obnoxius. Nec Diabolo poſtulare a Samuele quicquam licuit; quippe cujus poteſtas limitibus & cancellis, ut exorbitare nequeat, a Deo ſepta eſt. Argumenti hujus vim agnoverunt ipſi adverſarii, quapropter dicunt, Samuelem non vi incantationis a Py-

thoniſſa ſuſcitatum fuiſſe; ſed ex ſpeciali Dei providentia, arbitro & voluntate id contigiſſe. Vid. Joſeph. Glanvil. *l. c. p. 167.* Aſt, quæ inſania eſt, ſtatuere, Magicis ejusmodi incantationibus Deum concurrere, & ſuæ legis, qua execranda illa molimina ſeveriſſime prohibentur, ordinem infringere. Ipſe Saul v. 15. fatetur: *Deus receſſit a me, nec reſpondit mihi vel per Prophetas, vel per ſomnia.* Jam quis ſibi perſuadebit, illum, a quo Deus receſſit, ſpeciali & extraordinaria Dei revelatione, & quidem mediante Pythoniſſa informatum iri. Sane, quem Deus Prophetarum ſuorum viventium non dignatur reſponſo, ad eum multo minus mortuos delegabit. Accedit, quod nefandum crimen fuerit *conſulere mortuos. Deut. XVIII. 11.* Quos igitur pium non erat conſulere, per eos nec Deus voluit reſpondere: alioqui ſimilis peccatori factus eſſet, contra Pſ. L. 21. Impræſentiarum certe omnes Textus circumſtantiæ manifeſto docent, opera Pythoniſſæ Pſeudo-Samuelem comparuiſſe, quod pluribus ſolide demonſtravit Ioh. Henr. Heidegerus in *Diſſer. de Pſeudo-Samuele a Pythoniſſa in Endor excantato §. XIII. T. I. Diſſert. ſelect. Diſſert. X. p. 265. ſqq.*

§. XXVI. Præterea ipſam Prophetæ Samuelis animam incantationibus Pythoniſſæ non revocatam eſſe, ex querela Spectri ſatis ſuperque conſtat v. 15. *Quare inquietum me reddidiſti, ut me reduceres?* Samuel verus nec a Saule, nec a Pythoniſſa inquietari potuit, cœleſtis gloriæ & viſionis Dei particeps. *In Domino, enim, mortui requieſcunt a laboribus ſuis, Apoc. XIV. 13.* Quod ſi ex mente Adverſariorum, Samuel non Pythoniſſæ aliqua vi, ſed juſſu & mandato Dei comparuit, dicant quæſo, quomodo Dei juſſu perturbari anima plene

beata

beata quiverit? & an Juſtitiæ ac Bonitati divinæ id conveniat? Siccine beati obſequium triſti & inquieto animo obeunt? An qui ſunt plene conſummati divinam λειτεργίαν cum perturbatione implent? Apparet ergo, animam Samuelis hæc non proloqui, quæ nec perturbari, nec perturbationem ementiri potuit; ſed Cacodæmonem, perturbationem in obſequio ſimulantem, quod tamen promtiſſime præſtabat.

§. XXVII. Denique ſpiritus ille Sauli apparens alio etiam mendacio ſe contaminavit; quod in beatum Samuelem, in bono confirmatum & ab omni peccati labe immunem, haudquaquam cadit. Nam ad Regem dicit v. 19. *Cras tu & filii tui mecum eritis.* In beatiſſimo cœli ambitu erat Samuel, immarceſſibili corona jam redimitus; Saul vero impius & prophanus, a quo Spiritus Domini receſſerat, in flagranti αὐτοχειρίας crimine periturus. Conf. I. Paral. XI, 13. Quomodo ergo Saul cum Samuele eſſe potuit? Excipiunt equidem adverſarii, verba illa: *Cras mecum eris*, ſignificare generatim & confuſe locum ſtatumque defunctorum, qui erat in inferioribus partibus terræ; non autem particulatim & deſtincte idem animæ receptaculum eandemque ſedem. Qua in re conſentientem habent Auguſtinum *ad Simplic. L. II. Quæſt. 2.* dicentem: *Verba illa Samuelis non ad æqualitatem felicitatis; ſed ad ſimilem conditionem mortis referri debere; ut ſenſus ſit: Cras eris inter mortuos, & apud inferos, ubi ego ſum.* Sed nihil eo ipſo obtinent: Neque enim, ſi de generali ſtatu defunctorum locutum eſt Spectrum, eo ipſo a mendacio liberatur. Nam ſi verus apparuit Samuel, ſecundum animam apparuiſſe oportet: At animæ defunctorum tam impiorum, quam piorum, non ha-

bent

bent communem quendam ſtatum; ſed hæ cœlum, illæ tartara petunt: Niſi forte cum Auctore *Seriæ* ut inſcribitur, *diſquiſitionis de ſtatu, vita & loco animarum ſeparatarum*, aut cum Joh. Eberh. Buſmanno, *in Diſſert. Helmſt. 1682. hab. de Scheol. Hebræorum, Græcis ᾅδη, Latinis inferno ſeu inferis*, commune aliquod receptaculum animarum omnium a corpore ſeparatarum eſſe, dicas. Hoc autem contra Scriptum eſt; quandoquidem vel ſolus locus Luc. XVI. 23. ſq. contrariam evincit, in quo ᾅδης, Epulonis divitis receptaculum expreſſe diſtingvitur *a ſinu Abrahæ*, in quo Lazarus ſvaviter requieſcebat. Inter utrumque etiam χάσμα impenetrabile reperiri aſſeritur. Vid. *diſſert.* Plurimum Reverendi Dni. Nothwangeri ſæpius allegata §. XXXVI. Plures rationes non addo, cum otia hic mihi fecerint Viri longe doctisſimi, qui argumentum illud ex profeſſo pertractarunt, & rationes ſimul exceptionesque Adverſariorum ſolide enervarunt, ut Joh. Ern. Gerhardus *in pecul. diſſert. de Spectro Endoræo Jenæ 1663.* B. D. Æg. Strauchius *in diſſ. de Samuele perſonato.* D. Aug. Pfeifferus *in Dubiis Vexatis Cent. II. Loc. LXXVI. p. m. 432.* Quorum argumenta in compendium miſit Joh. And. Quenſtedius *in Syſtem. P. I. c. XI. ſect. 2. qu. 4. p. m. 470. ſqq.* Ex Reformatis idem egregie oſtenderunt Ludov. Lavaterus *de Spectris L. II. c. VII. & VIII. p. 128. ſqq.* Gv. Perkinſus *in* Βασκανολογία *Opp. T. I. p. 1035. ſqq.* Jo. Henr. Heideggerus *in diſſert. pecul. allegata.* Conf. etiam Jo. Rainoldus *T. I. Cenſura in libros Apocryphos Prælect. 87. usque ad 94.*

§. XXIIX. Alia ratione dubium, quod plures fatigavit, ſolvere conatur Dn. Chriſt. Thomaſius, qui a recepta hactenus ſententia, more ſuo recedens, nec animam Samuelis, nec Diabolum in forma Samuelis, ſed

ſed meram illuſionem Pythoniſſæ adfuiſſe, autumat. Ita enim famoſa in Diſſert. *de Crimine Magiæ §. XVIII. p. 17. Iſta Pythoniſſa in Endor produxit vel Diabolum ſub ſpecie Samuelis, vel ipſam animam Samuelis, quod absque ope Diaboli fieri non potuit. Reſpondeo 1. Nulla Diaboli, multo minus pacti cum eo in Scriptura ſit mentio. 2. Nec apparuit Diabolus, nec anima Samuelis, nec ſpecies ejus, ſed mera fuit illuſio. Fuit iſta fœmina ex eorum claſſe, qui ex ventre loqui poſſunt, & ita decepit Saulem, quod etiam conveniens eſt textui. 1. Sam. XXVIII. Nam Saul nihil vidit, ſed audivit ſaltem vocem, & ſolum fœmina dixit, ſe videre aliquid.* Sed uti in tota fere diſputatione, ita etiam hic Autor vitulo aravit Reginaldi Scoti, Nobilis Angli, qui dudum ante Dn. Thomaſium idem aſſeruit. Edidit enim ille An. 1665. Anglico idiomate librum ſub titulo: *Diſcovery of Witchcraft*, i. e. *Detectio Magiæ*, in Belgicum ſtudio Thomæ Baſſonis translatum, in quo id agit, ut probet veneficia & magiam ac incantationes meras eſſe hominum perverſorum fallacias & artes, non intervenientibus Diaboli machinis. Concedit igitur *L. VII. c. 10. p. 80. Edit. Anglic.* verum Samuelem non eſſe productum a Pythoniſſa: Negat vero Diabolum hic partes ſuas egiſſe. Quicquid enim in toto hoc negotio geſtum eſt, adſcribit mulieri, ab inſigni quopiam nebulone fallaciarumque ejusmodi architecto adjutæ. Saule nimirum deſideria ſua exp romente, mulierem, ait, remotis arbitris in ſeceſſu cum nebulone illo de perhibendo reſponſo deliberaſſe, Saule interim præſtigiis & quæſitis fraudibus deluſo: Quam ſententiam prolixe exequitur *cap. ſqq.* Hujus etiam veſtigia legit Balth. Bekker, poſtquam enim *Orbis faſcinati L. II. c. 24.* ſententiam noſtram atro notaverat carbone, & ſatis contu-

melioſe p. 153. ſcripſerat: Was dem Saul zu Endor bey der Zauberin begegnet iſt, welches den Gelehrten unter uns, die wider das Pabſtthum, wegen der Erſcheinung der Seelen ſtreiten, ziemlich viel zu ſchaffen gemacht hat; Davon ſich der eine ſo, der andere ſo, vor und nach, entbrochen hat. Wie ſie es auch machten, wolten ſie doch lieber ſagen, daß der Teufel in der Geſtalt Samuelis, als daß Samuels eigne Seele nach dem Tode einmahl wieder in ihrem eignen Leibe, oder in deſſelben Schein erſchienen wäre. Das verſtehe ich heute anders nicht, als daß ſie wolten Heydniſch ſeyn, damit ſie vor allen Dingen nicht Päbſtiſch ſeyn möchten: den Teuffel lieber laſſen prophezeyen als die Seele des Propheten. Tandem L. III. c. VI. a §. 9. p. 43. ſqq. prolixe oſtendere conatur, meras hic interveniſſe fraudes mulieris, quibus deceptus fuerit Saul ſuperſtitioſus. Eadem in ſententia hæret Mr. Webſter Anglus, notatus a Glanvillo *l. c. Part. II. Sect. XVI. ſqq. p. 149.*

§. XXIX. His prædeceſſoribus uſus eſt Dn. Thomaſius, mirifice ſibi in ἰδίᾳ ſua ἐπιλύσει, contra expreſſum S. Petri monitum 2 Pet. I. 20. placens. Sed dabit veniam *vir clariſſimus*, quod parum ſolidi continere illam interpretationem ſcribere audeam. Nam quod primo loco urget, *nullam Diaboli in tota illa hiſtoria fieri mentionem*, nihil facit ad rem. Eadem enim ratione multa Scripturæ S. loca, præſertim V. T. de Chriſto & Eccleſia N. T. agentia rejicere Atheus cum Judæo poterit: quia nulla fit ibidem expreſſa mentio Chriſti & Eccleſiæ. Numne propterea, quod in hiſtoria lapſus Adamitici, nulla fit ibidem expreſſa mentio Diaboli, ſed ſerpentis tantum, *Vir celeberrimus* colliget, Diabolum non fuiſſe autorem lapſus? Atqui iſtud ipſe fatetur, in *Programmate Germanico ad Lectiones Hyemales 1702. habendas p. 13.* Sufficit igitur,

igitur, quod ex circumſtantiis textus Diabolum hic interveniſſe, evidenter ſatis colligitur. Et quid? Nonne Pythoniſſa expreſſe dicitur בעלת־אוב *Domina Pythonis.* Quis autem Python, niſi impurus Dæmon, qui ſervitio hujus mulieris, ut eam perpetuo ſervam haberet, ſemet ad tempus addicebat?

§. XXX. Quod porro *Vir Clar.* aſſerit: *Non apparuit Diabolus, nec anima Samuelis, nec ſpecies ejus, ſed mera fuit illuſio;* id eadem facilitate rejicitur, qua adfertur, imprimis, cum nec minimum in tota hiſtoria illuſionis muliebris veſtigium appareat; quæ ſi vere locum habuiſſet, Sp. S. utique aliquo ſaltem indicio prodidiſſet. Neque malam cauſam juvat, quod Defenſor ejus urget: *Fuiſſe iſtam fœminam ex eorum claſſe, qui ex ventre loqui poſſunt:* Hic quidem non ignoro inveniri aliquos, qui Ventriloquos citra Dæmonis opem per artem fieri poſſe, ſtatuunt. Qua in arte excelluiſſe perhibetur Vir quidam Oxoniæ An. 1643. degens, quem vulgo Regis Suſurronem (the Kings Whiſperer) vocabant. Hic enim verba, quæcunque vellet, ex imo quaſi pectore clauſis immotisque labiis efferre mire adeo ſolebat, ut a longinquo prolata viderentur, referente Edmundo Dickinſon, *in Delph. Phœnicizant. c. 9. p. 86.* Eandem artem exercuiſſe fertur Ludovicus, Brabantius, Franciſci Regis Gallorum cubicularius, qui ejus beneficio egregie dotatam puellam in uxorem ſibi acquiſivit, & civem Lugdunenſem, Cornutum nomine, decem aureorum millibus emunxit. Totam hiſtoriam Joh. Brodæi verbis refert Edmundus Dickinſon *l. c. p. 87. ſqq.* Alii tamen ex adverſo naturaliter hominem per ventrem, absque ſpiritus maligni auxilio, loqui poſſe negant; qua de re juvat audire Joſeph. Glanvil, qui *l. c.*

ſect. XX. p. 157. ita: Inſonderheit aber Ventriloquium iſt ein ſo ſchwerer und unverantwortlicher Artickel, als einiger anderer in der Zauber-Kunſt. Ich glaube nicht, daß es einen diſtincten und recht vernehmlichen Laut geben könne, ohne Aſſiſtentz von eben dergleichen Geiſtern, als aus den Beſeſſenen reden. Zeige mir einen von den Hexen-Patronen, wie es natürlicher weiſe möglich ſey. Darum dieſe ihre Hypotheſis ſelbſt implicirt eine Wirckung von Geiſtern, die ſie aber leugnen; und alſo bringen ſie ſelber vor, was ſie ſonſt ſupprimiren. Denn daß das Weib natürlich ſolch einen Diſcurs zu ſprechen gewuſt hätte, als der, da vom Samuel geſchrieben ſtehet, iſt mit Raiſon nicht vermutlich, und viel weniger, daß ſie e Ventre, und zwar alſo ſeine Stimme hätte imitiren können, daß es Saul betrogen, der Ihn ſo ſehr wohl kante. Cui pollicem premit celeberrimus Autor der Unpartheyiſchen Gedancken, über die kurtze Lehr-Sätze Herrn D. Thomaſii von dem Laſter der Zauberey n. 40. p. 25. qui *Cl. Virum* graviter monet: Ich hoffe auch, daß, wenn der Herr D. Thomaſius das 28. Cap. des I. Buchs Samuels mit rechtem Verſtand und Andacht noch einmahl läſe, würde er von dieſen Geſchichten auff gar andere Gedancken kommen. Ich frage auch den Herrn Doctor, ob er jemahls einen Menſchen durch den Bauch redende geſehen? Wann nicht, ſo wundere mich, daß der Herr Doctor von dem Viero der der Zauber-Straffe loß zu kommen vermeynete, und alle Gelehrte mit ſeinem Buch de Præſtigiis Dæmonum betrogen, ſich auch betrügen läßet, und nicht andern berühmten Scribenten, die von dieſen Heil. Schrifft-Geſchichten anders geſchrieben, mehr glaubet. Ad nos quod attinet, concedimus mulierem Endoream fuiſſe ἐγγαστρίμυθον ſeu ventriloquam: non tamen per artem, ſed per malignum Spiritum. Id

quod

quod omnes textus circumſtantiæ indicant: Nam expreſſe v. 7. vocatur בעלת־אוב *Domina Pythonis* & v. 8. Saul ad eandem dicit: קסומי־נא לי באוב quod LXX. efferunt: *μάντευσον δή μοι ἐν τῷ ἐγγαστριμύθῳ Vaticinare mihi in ventriloquo.* Ergo dum Ventriloqua vaticinabatur, per אוב ſeu Pythonem id faciebat. אוב autem, quem Pythonem vertunt, Spiritus erat ſeu Dæmon, qui rarius a capite, quandoque ab axillis, frequentiſſime autem ab immundis & quæ honeſtas nominare prohibet, partibus Harioli, vicem mortui ſubeuntis, ſummiſſa voce, & quæ ex telluris cavitatibus egredi videretur, reſponſa dabat; quemadmodum pluribus Veterum adductis teſtimoniis id probat Jo. Seldenus *de Diis Syris Syntagm. 1. c. 2.* Recte proinde Lutherus vertit: Die einen Wahrſager⸗Geiſt hat. Ex eorum ſcilicet erat numero, de quibus Levit. XX, 25. *Vir aut mulier, in quibus fuerat* אוב *ſeu Pytho.* Quibus verbis clare & perſpicue homines deſcribuntur, in quibus eſt Dæmon, dictus אוב ſeu Pytho. Quod adhuc clarius conſtat ex Act. XVI. 16. ſqq. ubi ancilla introducitur ἔχουσα πνεῦμα πύθωνος *habens ſpiritum Pythonis*, magnum quæſtum præbens Dominis ſuis vaticinando, quæ tamen ope Pauli a Spiritu illo Pythonis liberata eſt v. 18. Ad meridiem cœcutiat neceſſe eſt, qui hic nullum cum impuro Spiritu commercium animadverit. Fuit ergo Pythoniſſa in Endor γυνὴ ἐγγαστρίμυθος. Sic enim appellatur a LXX. Intrepretibus, Joſepho aliisque; At talis ex phraſi Græca dicebatur, quæ habebat ſpiritum ventriloquum. Qua de re juvat audire Svidam, qui *T. I. p. 823. ita:* Ἐγγαστρίμυθος *Engaſtrymithus, q. d. Ventriloquus.* Ἐγγαστρίμαντις *Engaſtrimantis, q. d. Ventrivates. Id eſt: qui dæmonem in ventre habet, interroganti reſponſa dantem,*

 quem

quem quidam nunc Pythonem vocant; Sophocles vero στερνόμαντιν, *q. d. pectoreum varem, Vatem, qui Dæmonem in pectore habet vaticinantem. Plato vero Philoſophus Euryclem vocat, a quodam Eurycle hujusmodi vate. Ariſtophanes in Veſpis p. 347. 24. Imitatus Euryclis vaticinium & mentem, in alienos ventres penetrans, ad comica multa verba profundendum. Philochorus vero in tertio de Vaticinio, quasdam etiam mulieres ventriloquas fuiſſe tradit. Hæ defunctorum animas ex inferis evocabant. Una vero ipſarum uſus eſt Saulus, quæ Samuelis Prophetæ animam evocavit ad ſuperos.* Conf. etiam Feſſelius *Adverſar. ſacr. T. I. L. V. c. 8.* De la Cerda *Adverſar. c. CLXXXI. n. 6.* Leo Allatius *in Syntagm. de Engaſtrimytheo.* Joh. Henr. Urſinus, *Analect. ſacror. L. II. c. 7. p. 112. ſqq.* Si etiam exempla deſideramus, vid. quæ in Eſ. XXIX. 9. annotavit Hieronymus ab Oleaſtro de Cæcilica quadam Pythoniſſa, ab ſe Ulliſſiponæ viſa. Et de Pythoniſſa ſeu Ventriloqua Jacoba, cui Python erat, inſignitus nomine Cincinnabulus, hiſtoriam recitat oppido curioſam oculatus teſtis, Cælius Rhodiginus *Antiqv. Lection. L. VIII. c. 10. p. 295.* Hoc vero hypotheſin Dn. D. Thomaſii, qui tale commercium Spiritus impuri cum homine negat, omnino evertit: Imprudenter ergo in eo cauſæ ſuæ quærit præſidium, quod absque ope & auxilio Spiritus maligni fieri non poſſe, præſtantiſſimi, quos adduximus, auctores magno conſenſu agnoſcunt.

§. XXXI. Non majoris eſt ponderis, quod idem Scriptor ſubjungit: *Saul nihil vidit, ſed audivit ſaltem vocem, & ſolum fœmina dixit ſe videre aliquid.* Quid inde? Ergo eſt deceptus. Egregium ſane argumentum? Eadem ratione, imo rectius forte colligerem: *Vir Cl.* non vidit unquam mulierem arte ventriloquam, ſed

perce-

percepit ſaltem ab aliis: E. eſt deceptus. Poſito tamen, Saulem nihil vidiſſe, poterat tamen ſpectrum, quod loquebatur, eſſe Diabolus. Quis enim neſcit, ſpectra ſæpius audiri & non videri? ut taceam eſſe nonnullos, qui ex eo, quod Saul incurvatus Samuelem adoraverit, v. 14. colligunt, vidiſſe etiam ſimulachrum Samuelis. Quidquid vero ſit, ſufficit quod Pſeudo-Samuelis oratio, ab homine malo, quamvis callido, aſtuto & inſigni nebulone profecta minime ſit. Quid enim? An ſine ope Diaboli potuit futura, reſpectu hominum contingentia, proſpicere & evoluta dare? Conjicere fateor quivit, exercitum Saulis, quem Philiſtæi, in procinctu ſtantes, multitudine & viribus longe poſt ſe reliquebant, victum & profligatum iri; At Saulem ipſum & quidem cum filiis, quos inter pius Jonathan erat, in bello occubituros eſſe, Regemque in manus hoſtium traditum iri; unde licuit vel mulieri, vel ſocio impoſtori divinare? annon in poteſtate erat Saulis, percepto tam funeſto oraculo, ſe & filios ſuos, ſaltem poſtero die, cladi ſubducere, aut fuga ſuæ ſuorumque ſaluti conſulere? Prædixerat quidem Sauli Propheta: *Non ſtabit regnum tuum*, 1. Sam. XIII. 14. *quia ſpreviſti verbum Jehovæ, te quoque ſprevit Jehova, ne ſis Rex ſuper Iſraelem* c. XVI. 26. At ex hac prædictione non potuit quisquam ipſum articulum temporis, & circumſtantiam loci aliaque executionis illius prophetiæ Samuelis connexa animo percipere; quia poſt illas Samuelis prædictiones Saul in bello contra Philiſtæos acie ſuperior fuit. Deinde ſi dolo ac fraudibus uſa eſt mulier Pythoniſſa, conſiderandum relinquo *Cl. Autori*, annon ſumma imprudentia fuiſſet fœminæ, quam fingit maxime callidam & aſtutam, Regem tam triſti ac lamentabili fato perterrefacere? Nonne

potius

potius e re ſua judicaſſet, læto aliquo reſponſo gratiam Regis ambire; quod ſi enim eventus dictis reſponderet, tunc inſignem ſibi a Rege honorem maximamque gratiam & benignitatem promiſiſſet. Sin ſecus res ceciderit, nihil habebat, quod timeret, omni periculo cum morte Regis evaneſcente. Probe hæc conſideravit Joſeph Glanvil, unde eadem argumenta contra Reginald. Scotum & Webſterum urget. Verba ejus digna ſunt, quæ adſcribantur: Wie könnten Spitzbuben wahrhafftig erfolgte Dinge verkündigen, durch eine verſchlagene Muthmaſſung? Was Grundes hatte die Muthmaſſung, daß Iſrael würde von den Philiſtern geſchlagen, und Saul mit ſeinen Söhnen getödtet werden? War doch ungewiß, ob nicht etwa die Philiſter den kürtzern würden ziehen. Und bey ſolcher Ungewißheit würde ja das Weib mit ihrem liſtigen Betrugs-Geſellen nicht ſo unbeſonnen geweſen ſeyn, das zu ergreiffen, was ihnen eigen ſelbſt am wenigſten Nutzen bringen könte. Nutzens halber müſte ſie ja dieſe betriegliche Parthey geſpielet haben: Wie hätten ſie aber eine gröſſere Recompence von dem betrübten Könige ſich promittiren mögen, als gutes und angenehmes weiſſagende? Hätte denn die ungewiſſe und blinde Weiſſagung einen wahrhafftigen Ausgang genommen, o wie groſſe Ehre, Königl. Gnade, und fernere Belohnung wäre ihnen alsdenn gefolget: Wäre aber die Glückſagung durch unglücklichen Ausgang zur Lügen geworden, doch hätte ihnen darüber nichts böſes können begegnen, nachdem Saul würde umgekommen, und ihre Lügen mit ihm begraben ſeyn. Denn auſſer demſelben wuſte niemand nichts davon, und iſt nicht zu vermuthen, daß Sauls beyde mitgebrachte Knechte mit bey der Conferenze geweſen. Alſo, wo es, wie die Hexen-Patronen wollen, ein Spitz-Bube geweſen wäre, der ſo geantwortet,

tet, ſo müſte er weniger Witz gehabt haben, als jene ihnen ſelbſt einbilden. Conf. quæ contra Reginald. Scotum hac de re diſputat Jo. Rainoldus *Cenſur. Libror. Apocryph. T. I. prælect. 94. p. 1150. ſqq.*

§. XXXII. Paulo prolixior fui in examinanda Apparitione Samuelis, cum præcipuum robur, inter omnia adverſariorum argumenta habere intelligam. Reliqua non multum negotii mihi faceſſent. Nam quod porro objiciunt, apparionem Moſis & Eliæ in monte Thabor, de qua Matth. c. XVII, 3. & Luc. c. IX, 30. 31. agunt; minus facit ad rem. Non enim apparuit anima Moſis & Eliæ a corpore ſeparata, & cum Diſcipulis de ſtatu hominis poſt mortem locuta eſt; ſed ipſe Moſes & Elias, in corporibus propriis animæ unitis, apparuerunt, & poſtquam cum Chriſto transfigurato de noviſſimis ejus colloquuti ſunt, confeſtim in cœlum migrarunt. De Elia nemo dupitat. De Moſe probabile id ipſum eſt. Quid enim ſtatuere nos cogit, momentaneam corporis aſſumtionem & depoſitionem. Conf. Magnif. D. Mayeri *Diſſert. ſelect. Kilon. & Hamb. Diſp. 2. quæ exibet Comitia Thaboritica §. IX. p. 84. ſqq.* Idem dicendum eſt de Lazaro Bethanienſi, e quiete ſua in terram reverſo: nam ut Joh. C. XI. 43. 44. teſtatur, corpore & anima rediit; non ſolum anima ipſius apparuit. Sicut alii quoque, quos Servator noſter, quos Apoſtoli, & vetuſtis temporibus Prophetæ ſuſcitarunt anima ac corpore ad hanc mortalem vitam e ſepulchris regreſſi ſunt. Vid. B. Balth. Bebelii *Diſſert. de Bis Mortuis. Argent. 1672. hab.* Neque aliter ſeſe res habet cum his, qui cum Domino reſurrexerunt, multisque Hieroſolymæ apparuerunt. Matth. XXVII. 52. 53. Horum enim ſpiritus cum corporibus reſurgentibus uniti ſunt. Particularis illa paucarum reſurrectio, præludium exhibuit univerſalis reliquorum omnium, quos Chriſtus, *primogenitus ex mortuis*, poſt ſe trahere debebat Col. I. 16. Qui autem ſancti tum re-

ſurrexerint, atque utrum in hac præſenti vita aliquandiu manſerint, iterumque mortui ſint, an vero cum Chriſto in cœlos migrarint, de eo videatur *Diſſert.* Andr. Kunadi, *de Sanctis redivivis. Witteb.* 1653.

§. XXXIII. Chriſtum etiam, Servatorem noſtrum, juxta promiſſionem Diſcipulis factam (Matth. XXVI, 32. Marc. XIV, 28. Joh. XVI, 16.) poſt mortem apparuiſſe, Scriptura expreſſe teſtatur, Matth. XXVIII, 10. Luc. XXIV, 34. 1. Cor. XV, 5. ſqq. nemo facile inficias iverit, niſi qui cum Benedicto de Spinoza veritatem Reſurrectionis Chriſti in dubium ex eo vocet, quod *non Senatui, nec Pilato, nec cuiquam infidelium, ſed Sanctis tantummodo apparuerit. Hanc enim Chriſti apparitionem non abſimilem eſſe illi, qua Deus Abrahamo apparuit, quando hic vidit homines, quos ad ſecum prandendum invitavit: cum hæ & plures aliæ hujusmodi apparitiones ſeu revelationes fuerint captui & opinionibus eorum hominum accommodatæ, quibus Deus mentem ſuam revelare voluit.* Ex quo tandem concludit, *Chriſti a mortui reſurrectionem revera ſpiritualem & ſolis fidelibus ad eorum captum revulatam fuiſſe. Epiſt. XXIII. Op. poſthum. p. 454. Conf. etiam Ep. XXV. p. 458.* Contra quem ex profeſſo diſputat. Mich. Walterus in *Programmate Paſchali Witt. A. 1689. de Veritate Reſurrectionis Chriſti contra Spinozam.* Enimvero non apparuit anima Chriſti in triduo mortis a corpore ſeparata; ſed jam poſt reſurrectionem redunita corpori glorificato, in quo repræſentavit ſe vivum, multis indubitatis ſignis, per dies quadraginta conſpectus ab eis & dicens, quæ ad Regnum Dei ſpectant. Act. I, 3. Conf. c. X, 41. Unde nec hoc exemplum plane extraordinarium ad apparitiones animarum trahi poteſt. Nec ex eo aliquid habent roboris ψυχοφανείας Patroni, quod Diſcipuli cum Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam eis ex improviſo apparuit, perterrefacti, exiſtimarunt, *ſe ſpiritum videre*, Luc. XXIV, 37. Nam primo ſi putarunt ſe animam videre, non recte putarunt, ſed

cum vulgo non minus errarunt, quam cum putarent, Chriſtum externum & terrenum regnum erecturum, in quo ipſi Principes & præcipui miniſtri futuri eſſent. Deinde fieri poteſt, ut putarint, ſed vel bonum angelum videre, quemadmodum illi, qui congregati erant in domo Mariæ, matris Johannis, cum Petrus fores pulſaret, dicebant, eſſe Angelum ejus. Act. XII, 5. vel etiam malum ſpiritum, perinde ac olim etiam putarunt, cum cernerent Chriſtum ambulare ſuper mare, dicentes: *Φάντασμά ἐστι*: *Spectrum eſt.* Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49.

§. XXXIV. Quemadmodum ergo in allegatis Scripturæ locis nihil eſt, quod cauſam Adverſariorum ullo modo juvet, qui ipſam hominis animam poſt nonnunquam apparere exiſtimant: Ita etiam nihil præſidii in jactato *Conciliorum*, *Patrum Judæorum & Gentilium conſenſu*, quem Pontificii communiter in hac cauſa crepare ſolent, reperitur. Nam (1) multitudo errantium non parit errori patrocinium. (2) Ex omnibus *Conciliis* nullum pro ſe allegant, præter Conſtantienſe, quod apparitionem Decani cujusdam, qui abdicato Decanatu in eremum profectus, poſt obitum Epiſcopo ſuo apparuiſſe fertur approbavit. Verum enim vero quantæ illud Concilium auctoritatis ſit, etiam apud ipſos Papomanitas, vel ex eo colligitur, quod communiter Conciliabuli titulo, ob poteſtatem Papæ ad anguſtiores terminos redactam inſigniri ſolet. *Patres* vero (3) quod attinet, ex iis allegare communiter ſolent Gregorium Magnum *Dial. L. IV. c. XL, 55.* Gregorium Turonenſem *de Glor. Confeſſ. c. 5.* Petrum Damiani *Epiſt. ad Deſid.* Bedam *in Hiſtor. Angl. L. III. c. 19.* Bernhardum *in Vita Malachiæ, &c.* Ut in Reſponſione a Gregorio M. incipiam, dubitatur merito, an liber, ad quem provocatur, fœtus ejusdem legitimus ſit. Suboluit enim eruditis, Dialogos illos, Italicis prodigiis plenos, nec in orationes genere, nec in rebus ipſis, cum

Gregorii reliquis ſcriptis congruere, & fortaſſe illos eſſe Gregorii ſecundi, qui a Græcis Dialogus eſt cognominatus & An. 726. vixit. Fuiſſe hanc opinionem Virorum quorundam perdoctorum ipſe Poſſevinus fatetur. Vid. Andr. Riveri *Critic. S. L. IV. c. 29.* & Roberti Coci *Cenſura quorund. Scriptorum Vetr. p. 209. Edit. Londin.* Imo non tantum Gregorium hunc Romanum, ſed & Bedam aliosque hujus generis Scriptores nimiæ credulitatis accuſat ipſe Melchior Canus, Epiſcopus Canarienſis *L. II. Loc. Theol. c. 6.* Similiter Gregor. Turonenſis fidem plus ſatis labefactavit Baronius ad *A. C. 109. n. 49.* Ex quo, quid de reliquis judicandum ſit, me licet tacente, innoteſcit. Nos vero Patribus allegatis Patres opponimus longe vetuſtiores præſtantiſſimosque, de quibus audire juvat ipſum Maldonatum, qui in *Luc. c. XVI, 28.* hæc verba habet Tom. II. p. 151. *Hujus loci occaſione diſputare quidem ſolent, num animæ mortuorum aliquando viventibus appareant. Ac Chryſoſtomus quidem in homilia ultima de Lazaro, aliisque nonnullis locis, Tertullianus in libro de Anima & Athanaſius aut quisquis auctor eſt, quæſt. ad Antiochum qu. 11. & 13. & Iſiodor. l. 8. Etymol. l. 9. & Theophylactus in 8. Matthæi, prorſus negant, unquam id fieri, & cur fieri non conveniat, multas rationes afferunt. Primum id vivis utile non eſſe, qui, ſi vivis non credunt, ne mortuis quidem credent, ut Abraham diviti reſpondet. Deinde quod etiamſi oculis ipſis damnatorum ſupplicia homines cernerent, nihilo ſe magis a peccatis abſtinerent. Quotidie, inquit Chryſoſtomus, fures & alios reos ad ſupplicia duci vident, & iisdem ſe, propter quæ illi puniuntur, peccatis involvunt. Præterea quod ſi id fieret, progreſſu temporis in contemptum res veniret, & non magis mortui nos, quam vivi commoverent, ut eodem loco Chryſoſtomus inquit. Deinde quod ea res multerum eorum cauſa eſſe poſſet, dum Dæmon fingens ſe alicujus mortui animam eſſe, homines ludificaret, & quidquid vellet, illis perſuaderet, ut Athanaſius, Chryſoſtomus*

&

& Tertullianus argumentantur. Nam & cum ſciamus, inquit Chryſoſtomus, mortuorum animas non redire: tamen ſæpe Dæmon per quietem & ſomnium, qua una ratione poteſt, animarum defunctorum perſonam ſumit; qui facturum fuiſſe, ſi animas redire ſciret? Hactenus Maldonatus. Denique (4.) *Conſenſum Judæorum & Gentilium* facile Pontificiis largior, cum multos illorum errores & ſuperſtitiones in Eccleſiam Papæam migraſſe exploratum habeam, & jam dudum fuerint Viri eruditi & cordati, qui Papiſmum Ethnicíſmo & Judaiſmo infectum eſſe perſpexerunt. Vid. Nic. Hunnius, *in Apoſtaſ. Rom. Eccleſ. p. 281. &* Tractatu, *quod Eccleſia Romana non ſit Chriſtiana c. VII. p. 32. ſqq.* Joh. Conr. Dannhauerus *in Hodom. ſpir. Papæi Phantaſm. II. p. 473. ſqq. & in Anti-Chriſtoſoph. p. 657.* Dan. Mayer in *Tranſenna Hiſtor. Theol. de Papatu Romanenſi, per Ethniciſmum imprægnato.* Joh. Valkenier *in Roma Paganizante.* Voëtius *Diſſert. de Gentiliſmo T. II. Diſp. ſelect. p. 597.* Henr. Duyſſingius *de Conſenſu Religionis Papiſticæ cum Judaiſmo, Paganiſmo atque hæreſibus variis &c.*

§. XXXV. Reſtat, ut rationes etiam Henrici Mori, quas pro animarum apparitionibus affert, paulo accuratiori judicii lance expendam. Supponit vero *Vir Doctiſſimus* animarum aërea vehicula, per quæ animæ ſeparatæ apparere poſſe contendit. Sed vareor, ne *aërem cædat*, ut eſt in proverbio: adeo labricum ac ficulneum ſententiæ ſuæ ſubſternit fundamentum. Nemini enim aërea ſua vehicula facile perſvadebit, qui naturam ſpiritus, omnis materialis ſubſtantiæ expertis, ſatis cognitam perſpectamque habet. Deinde urget, *quod ſpiritus ſic apparens profiteatur ſe animam eſſe certi cujuſpiam hominis, dictumque hominis, dictumque hominem vultu referat, quodque res ipſæ tanto molimine agitatæ juſtiſſimæ ſint & graviſſimæ, quas a Dæmonio tanto ſolicitudine & benevolentia promoveri neutiquam conveniat; neque ſane a bono genio, eo quod præſtanti adeo natura indignum prorſus ſit mentiri, præ-*

ſertim ubi ſine mendacio negotium perinde poteſt confici. Sed nec hoc probat, quod probare debebat. Nam facile largior, bonum ſpiritum non eſſe, qui in forma hominis defuncti apparet, inprimis cum angelorum miniſterio in erudiendis hominibus, qui Moſen habent & Prophetas, de ſtatu futuræ vitæ, Deus non utatur. Vid Summe Reverendus Dominus Præſes *in Synopſi Controverſ. artic. IV. qv. 4. p. 46.* Sed unde *Moro* conſtat, non eſſe Diabolum: Ratio ejus eſt, quia *res ſunt juſtiſſimæ & graviſſimæ, quas Dæmon tanta ſollicitudine & benevolentia non promovebit.* E. gr. quanto homines, ut convertantur, admonet §. IX. tempus & modum mortis, juxta omnes circumſtantias prædicit §. XII. Deum & quidem juſtiſſimum eſſe profitetur, §. XIII. & puellam ad patientiam & obedientiam matri præſtandam adhortatur §. XIV. Atat animone excidit, quod Satanas *ſe transformet in Angelum lucis* 2. Cor. IX. 14. & ſub ementita ſanctitatis larva ſæpe incautis impoſuerit, prout hiſtorici omnium temporum loquuntur? Nonnunquam ſvadet bonum, ut gravius inde eliciat malum: vera loquitur, ut eos ſecurios fallat: promiſſa explet, ut dolus occultetur, & ſuperſtitio, quæ jam dum radices in multorum egit cordibus, in ampliſſimos ſuccreſcat ramos, ac ad arbitrium ejus confirmetur. Vide, quid fallax ille ſpiritus egerit. Act XVI, 17. Bene igitur Iſiodorus *L. III. de Summo Bono: Diabolus*, inquit, *tanquam ſerpens lubricus, quando decipere quenquam tentat, in varias ſeſe transmutat formas; jam in vulpinam, jam in leoninam: jam ſvaviter blanditur, ut fallat, jam ſævit, ut horreat.* Nec minus graviter æque ac recte Ambroſius monet, *Comm. in I. Theſſ. V.* hæc verba exponens: Spiritus ne extinguatis, omnia probate: *Solent ſpiritus mundi fallaciter quaſi per imitationem dicere bona, & inter hæc ſubinducere prava, ut per hæc, quæ bona ſunt, ac-*

cepto

cepto ferantur & mala: ut quia unius ſpiritus dicta putantur, non diſcernantur ab invicem, ſed per id, quod licitum eſt, commendetur illicitum, auctoritate nominis, non ratione virtutis. Opp. T. III. p. 561.

§. XXXVI. Sed ſpiritus tamen apparens *profitetur ſe animam eſſe certi cujusdam hominis, dictumque hominem vultu refert. Reſp.* A ſimilitudine formæ externæ, ad animam hominis noli colligere. Quid ſimilius Auguſtino, quam ſimulachrum ejus, quod *Eulogio Rhetori* Carthaginenſi per ſomnium apparuit. De quo ipſe Auguſtinus *Libro de Cura pro mortuis, c. XI. Oper. T. VI. p. 888. Nobis apud Medioclanum conſtitutis, Carthaginis Rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte diſcipulis fuit ſicut mihi ipſe, poſteaquam in Africam remeavimus, retulit, cum Rhetoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet, recenſens lectionem, quam poſtridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obſcurum. Quo non intellecto, vix potuit dormire ſolicitus: qua nocte ſomnianti, ego illi quod non intelligebat expoſui: imo non ego, ſed imago mea, neſciente me, & tam longe trans mare aliquid aliud, ſive agente, ſive ſomniante, & nihil de illius curis omnino curante.* Diceresne, hanc fuiſſe Auguſtini animam? Non profecto magis, quam hominis illius defuncti, qui filio per ſomnium apparuit, eumque de falſato chirographo ſuo monuit, prout idem Auguſtinus *l. c.* refert. Sed colloquia forte objicis de rebus tibi notis teque ſpectantibus, & quæ non potuiſſent, niſi ab illa anima, negotiorum tuorum conſcia, proficiſci. Perpende quæſo, quid Julio Cæſari Scaligero accidit, quem Benedictus Brugnolus ſibi plane ignotus in ſomnio circumvenit, & ut eum catalogo Heroum ſuorum inſerat, inſtanter monuit, prout refert filius, Joſephus Scaliger *Epiſt. I. p. 39.* Verba digna ſunt quæ hic legantur: *Cum Heroum ſuorum opus contexens ad multum noctis*

ctis lucubraſſet, abſoluto libro, poſt cœnulam quiete compoſitus, imaginatus eſt, in æde Mariæ Antiquæ Veronenſis, ubi ſunt monumenta gentis noſtræ, hominem procerum ac gravem ſibi obviam factum, ſecum expoſtulare, quod ſe inter heroas ſuos non collocaſſet, orare igitur, ut hoc faceret: ſe Benedictum Brugnolum eſſe, domo Leniaco, qui Patrem Benedictum ac patruos primas literas docuiſſet: Ipſe quoque puerulum aliquando inter ulnas geſtaſſet. Venetiis ſe ultimum diem obiiſſe, ibique ſepultum eſſe. Experrectus ſomnium Elegia elegantiſſima expreſſit, quæ calci Heroum addita eſt. Ipſe vero nunquam ſcivit, quis eſſet Brugnolus ille, neque quid portenderet ſomnium. Et profecto ego quoque nihil unquam aliud, quam ſomnium credidi, donec Ao. clↄ Iↄ LXVI. cum eſſem in Italia, & M. Anton. Mureto expoſuiſſem, me habere in animo Venetias proficiſci; ille inter alia, quæ in ea urbe digna cognitu ſunt, refert monimentum eſſe Benedicti Brugnoli Laniacenſis, excellentiſſimi ævo ſuo Grammatici, qui, ut ejus Epitaphium fert, & proceres ævi ſui in Norico literas docuerit: Id ſepulchrum dignum eſſe, quod ſtudioſos antiquitatis oculos moraretur. Neque tamen magis meminerat Muretus ſomnii Patris mei, quam pater meus ſciebat, quis eſſet Benedictus Brugnolus. Legat totam Elegiam, qui volet, & inveniet, quod ſatis mirari non poſſit. Reperitur Alegia hæc in *Scaligerianis primis p. 34. & in Poëmatibus* Julii Cæſ. Scaligeri *p. 314.* Quæ vero ratio eſt, ut hanc imaginem Scaligero in ſomnio oblatam taliaque eis dicere viſam magis tibi perſvaderes fuiſſe animam Brugnoli, quam Eulogio Rhetori per ſomnum viſam eſſe Auguſtini animam, locum Rhetorices Ciceronis explicantem. Aut dices etiam Gilberto Gaulmino ſomnianti animam apparuiſſe Scriptoris græci, & de Poëmate ſuo, quod de Immortalitate animæ ſcripſerat, monuiſſe. Ita enim refert Paulus Colomeſius *in Opuſcul. p. 98.* „Que M. Gaul-

„min

„min eſtant priſonnier a la Baſtille, ſe mit un ſoir à faire un „Poëme Grec ſur l'immortalitè de l'Ame, & qv' ètant deja ſort „avancè; il ſongea une nuit qu'il y avoir dans la Bibliothèqve „Royale de Svéde un vieux Autheur Grec, qui achevoit „ſon Poeme. Ce qvi l' obligea à écrire le lendemain à „M. Grotius, qvi eſtoit alors Ambaſſadeur de cette Cou„ronne, qvi luy confirma le ſonge qu'il avoit fait. Ce„pendant il proteſtoit n' avoit jamais oui dire que cét „Autheur Grec ſe trouvaſt en ce lieu là. Et ſcite il chan„gea de deſſein, & fit un Poeme Latin ſur le meſme ſu„jet, qui fut imprimè in folio. Quæ latine ita habent: Cum Gaulminus captivus aſſervaretur, propoſuit ſibi Græcum aliquod carmen de Immortalitate animæ conficere. Dum vero plurima jam confecta haberet, ſomniat noctu, in Bibliotheca Regis Sveciæ Græcum reperiri autorem vetuſtiorem, qui carmen hoc ad umbilicum jam perduxerit. Quo ita commotus eſt, ut poſtero ſtatim die a Dno Grotio, tunc temporis Legato Regis Sveciæ, per literas quid ejus rei ſit, quæreret, qui verum ipſius eſſe ſomnium affirmabat. Quo audito aſſeverabat Gaulminus, ſe nec fando unquam audiviſſe, autorem hunc Græcum in illo loco aſſervari. Unde mutato conſilio verſus de eadem materia Latinos, qui etiam in Folio impreſſi ſunt, pangebat. Apparet ergo non ſtatim eſſe credendum ſpiritui apparenti, etiamſi is formam & vultum hominis defuncti mentiatur. Quod ſuo jam tempore bene monuit Chryſoſtomus, *Homil. XXIX. in Cap. VIII. Matth. Tom. I. Edit. Francof. Ao. 1697. p. 344. 345. Unde mihi perſvadebitur? An quia ipſos dæmoniacos clamare nonnunquam audiſti, anima talis ego ſum? Verum hæc quoque oratio a fraude & deceptione diabolica eſt. Non enim anima defuncti eſt, quæ iſta dicit, ſed dæmon, qui hæc, ut audientes decipiat, effingit;* Et poſt pauca: *Multis e locis*

Scripturæ comprobari poteſt, non errare hic poſt mortem juſtorum hominum animas. Nam & Stephanus ait: Suſcipe ſpiritum meum; *& Paulus* reſolvi ac eſſe cum Chriſto *deſiderabat. De Patriarcha quoque Scriptura dicit:* Et appoſitus eſt ad patres ſuos: adultus in ſenectute bona. *Quod vero nec peccatorum animæ hic commorari poſſunt, divitem audias quid dicat, perpendasque quid petit, & non impetrat. Quod ſi poſſent animæ hominum hic converſari, veniſſet ipſe ut cupiebat, & ſuos de tormentis inferni feciſſet certiores: Quo ex loco Scripturæ, illud etiam aperte patet, quod poſt exitum a corpore, in locum quendam certum animæ deducuntur, unde redire ſponte ſua non poſſunt, ſed terribilem illum judicii diem ibi exſpectant.*

§. XXXVII. Cum igitur demonſtratum ſit, animas hominum non eſſe, quorum ſimulachrum poſt mortem ſæpius vivis apparuit, ad alias conjecturas pergo, viſurus, an aliquid ſolidi in illis inveniri poſſit. Ubi ſtatim removenda ſuperſtitio Judæorum, qui putant, Spectra illa apparentia, producta ex ſemine primi parentis, centum illis & triginta annis, quibus abſtinuit ab uxore ſua, poſt fratricidium a Cain commiſſum. Horrendum certe locum R. Abrahami Hiſpani hac de re exhibet Münſterus *ad c. XIV. Matth. Oper. Critic. Tom. VIII. p. 494. & 495.* Illi potius mihi notandi ſunt, qui non animam quidem, ſed ſpiritum eſſe hominis aſtralem ſeu vitalem, qui poſt mortem appareat, contendunt. Hujus opinionis autor fuit Theophraſtus Paracelſus, qui omnes apparitiones mortuorum Spiritui aſtrali ſeu vitali tribuit, utut ſibi ipſi hac in re non ſatis conſtet, dum alibi ſpiritum illum aſtralem longe anima nobiliorem & immortalem, alibi vero aliquid corporei eſſe & corruptibilem, alibi ſpiritum, alibi corpus eſſe aſſerit. Vid. Eraſmi Franciſci *Prot. Infern. p. 728. ſqq.* Adſcribam propria Theophraſti verba, ut de ſententia ejus tanto melius conſtet. Ita au-

tem

tem ille Libro VIII. de Separatione rerum naturalium Part. VI. Op. p. 170. Ed. Germ. Im Tode des Menſchen, ſcheiden ſich zween Leiber von einander, der himmliſche und irdiſche, das iſt, der Sacramentaliſch und Elementariſch. Der eine fähret über ſich wie ein Adler. Der andre fället unter ſich zur Erden wie Bley. Der Elementariſche verweſet und wird ein faules cadaver, in die Erde vergraben und nicht mehr geſehen. Der Sacramentaliſche, das iſt der Himmliſche und Syderiſche, verweſet nicht, wird nicht vergraben, und beſitzet ſeine Stäte. Derſelbige Leib erſcheinet dem Menſchen, und wird nach dem Tode geſehen. Von ſelbigen kommen her die Spectra, die Viſiones und übernatürliche Geſichte. Daher hat die Cabaliſtiſche Kunſt ihren Urſprung genommen bey den alten Magis &c. Nach dieſer Scheidung, ſcheiden ſich auch im Tode des Menſchen, die drey ſubſtantien von ein ander, Leib, Seel und Geiſt, ein jedes von den andern, an ſeinen Ort in die Arch, daraus er urſprünglich herkommen: Der Leib in die Erden, wiederum zu der prima materia Elementorum. Die Seele zu der prima materia Sacramentorum: Der Geiſt wiederum zu der prima materia des lüfftigen Chaos. Et Part. VII. Opp. Tract. de Corallis p. 58, b. Spectrum (oder Geſpenſt) ſeynd die Geſichte, ſo die Aſtraliſche Cörper, von einem geſtorbenen Menſchen geben. Denn der Menſch hat zween Cörper, einen von den Elementem, den andern vom Firmament; Der vom Element ſtirbt, und fault in der Erden, und iſt derjenige, welcher vergraben wird. Der andre ſchwebt in Lüfften ꝛc. und auff Erden, ꝛc. Wo nun ſolche ætheriſche Cörper eines verſtorbenen Menſchen geſehen werden, da iſt ein Spectrum. Dieſelbe fliehen vor den rothen Korallen, zu den braunen nahen ſie ſich. Theophraſtum, ut ferme in omnibus, ita & hic imitatus eſt famoſus ille Teutonicus Philoſophus, Jacob Böhme, qui *in Epiſtolis ſuis Theoſophicis Ep. XXIV. p. 205.* ſatis craſſe philoſophatur: So es nun iſt, daß

die Seele hat ihre Begierde etwan in zeitliche Dinge eingeführt, und ſich damit gepreſſet, ſo hat ſie deſſelben Dinges Eigenſchafft in ihre Begierde eingepreſſet, und hält es magiſch, als hätte ſie es leiblich. Den Leib kan ſie zwar nicht halten, verſtehe den elementariſchen: aber den Syderiſchen Leib hält ſie, bis ihn das Geſtirne auch verzehret. Und geſchicht offt, daß ſich Leute laſſen nach ihrem Tod geſehen, in Häuſſern mit ihrem eigenen Leib, aber der Leib iſt kalt, todt und erſtarret, und der Seelen-Geiſt ziehet den nur durch den Sternen-Geiſt an ſich, alſo lange, bis der Leib faulet. Es wird auch mancher Leib vom Sternen-Geiſt alſo ſehr eingenommen, durch der Seelen Begierde, daß das langſam verweſet. Dann der Seelen Begierde führt den Syderiſchen Geiſt darein, daß die Elementen gleich wie mit einem Stern-Leben geimpreſſet werden: ſonderlich ſo die Seele noch nicht zur Ruhe kommen iſt, und daß ſie ihr bey Leben des Leibes hat etwas zu hart eingebildet; und iſt ihr der Leib indeſſen, ehe ſie hat ihre Begierde aus dem Dinge wieder ausgeführt, abgeſtorben, ſo laufft ihr Wille noch immerdar in derſelben impreſſion, und wolte gerne ihre Sache in Recht verwandeln, kan aber nicht, ſo ſucht ſie Urſach ihres Haltens, und wolte gerne in der Ewigkeit in Ruhe ſeyn, aber das geimpreſte Ding mit dem Stern-Geiſt, hat ſein Treiben, bis es das Geſtirn verzehrt. Vorzeiten im Pabſtthum iſt etwas davon gehandelt worden, aber nicht mit gnungſamen Verſtand.

§. XXXVIII. Nec multum ab iis diſtant, qui ad naturales hic confugiunt cauſas, & apparitiones illas nihil aliud dicunt eſſe, quam figuras corporum compactas, ex effluvio putrefactorum cadaverum elevato, quæ in aere nocturno craſſiore hærent, & corpus hominis defuncti, unde exhalantur, ſpecie externa repræſentant. Qua in re ineptit Cardanus *de Subtilit. Lib. XVIII.* Nec aliter ſentiunt Julius Cæſar Vaninus, famoſiſſimus ille Atheorum Coryphæus, *in Dialogis de Admirandis naturæ Reginæ Deæque mortalium arcanis Lib. IV. Dial. L. I. p. 371.* Itemque Jacabus Gaffarellus, qui in

Curio-

Curioſit. Inaud. c. V. §. 10. p. 99. ita inquit: *Ex his inferri poteſt, umbras, quæ circa cæmeteria interdum apparent, naturales eſſe, cum nihil aliud eſſe videantur, quam figura humatorum exterior, non animæ aut ſpectra a Dæmonibus excitata, prout hactenus creditum eſt. Arbitrati ſunt veteres, has umbras bonos & malos genios eſſe, qui exercitus comitarentur: verum excuſatione digni ſunt, ut cauſam illius rei ignorantes. Certum enim eſt, in exercitibus plures quotidie mori, ac poſt pugnas & ſtrages imprimis eae umbrae apparent, quæ corporum, uti diximus, imagines ſunt, quas vel calor internus corporum ipſorum & terræ vel externus ſolis & viventium, vel denique pulveris & bombardarum inflammatio excitat.* Quid celeberrimus in Anglia Medicus D. Benjamin Broeckhuyſius hac de re ſentiat, videre licet *in Rationibus ejus Philoſophico medicis*, ubi p. 562. ſq. ita ſcribit: *Nec etiam magna obrepit contemplanti difficultas, cur circa ſepulchra violenta morte interemptorum Spectra obſerventur: Spiritus quippe ille, necdum plene & plane deſtructus ob indiſſolutum ejus vinculum, exhalationibus quibusdam impregnatus, formam humanam induit; id eſt per poros corporis interemti tranſiens, & peculiarem adhuc activitatis ſuæ ſphæram obtinens, & poſtea ad aërea impingens corpuſcula, ex iis non poteſt non formam ſibi adaptare, qua cum hominis figuram quodammodo refert, repræſentatque: quia ſpiritus ille vinculis corporeis nondum ſolutis, ſimile operari ſemper intendit; ad locaque maxime ſibi congrua meat, quamdiu intactus remanſerit.* Paulo aliter rem explicat D. David von der Becke, *in Experimentis & meditationibus circa rerum naturalium principia p. 242. ſqq.* qui ejusmodi apparitiones ideis ſeminalibus humanis per calorem centralem elevatis adſcribit. Intelligit vero per ideas ſeminales, ſignaturas illas, quas vere, citra intellectus noſtri operationes, in ſemine cujuscunque corporis deliteſcere putat, quæque hucusque non ſint extinctæ, ſed

ſolvant ſe identidem in illam formam, quam totum corpus tulerat. Concedit interim, Diabolum ſæpius hic intervenire, ideam ſeminalem hominis mortui inducere, & ita perſonam alicujus defuncti repræſentare. Vid. ſententiam ejus prolixe expoſitam ap. Eraſmum Franciſci *in Prot. Infernali p. 744. ſqq.*

§. XXXIX Ut mentem meam hac de re brevibus exponam, ſententia Theophraſti & Böhmii (1) aperte Fanaticiſmum ſapit, & ex falſo profluit principio, tres eſſe hominis partes, Corpus, Animam & Spiritum, prout ipſe Paracelſus in hac materia ſe explicat. Vid. Fragm. libri *de Animabus mortuorum p. 566. ſqq.* Dudum autem ſententiam illam rejecerunt Theologi. Vid. ſumme Reverendi Dni Præſidis *Synopſis Controverſ. Art. XI. Qv. 1. p. 109. ſq.* (2) Sententia illa neſcio quid monſtri alit, & ut verum fatear, haud procul ab Atheiſmo abeſſe videtur. Nam ſi ſpiritus hic aſtralis ad ipſam humanæ naturæ conſtitutionem pertinet, & vero tandem in prima ſua principia reſolvitur & abſorbetur, juxta dictos autores, certe in nihilum refunditur, & ita omnis ſpes de futura reviviſcentia, contra Scripturam, cadit & emoritur. (3) Fundamentum eſt, cui omnem Magiam ſuam, quam mitiori necromantiæ nomine effert, ſuperſtruxit Paracelſus, quintuplicemque inde ſpeciem efformavit *Lib. I. Philoſoph. Sagacis Part. X. Op. p. 42.* Vid. Franciſci *l. c.* p. 735. ſqq. A qua profana impiaque ſententia, quam alienum eſſe deceat hominem Chriſtianum, quilibet vel me tacente intelligit.

§. XL. Alteram vero ſententiam quod attinet eorum, qui mortuorum apparitiones exhalationibus, quæ tenuiſſimæ inſtar nebulæ e cadaveribus mortuorum egrediuntur, aut ideis ſeminalibus adſcribunt, parum etiam ſolidi continet. Nam (1.) illud certum omnino videtur, e corpore, quod jam friget & mortuum eſt, non tam perfectos vapores vel ideas

ideas exſurgere, quam ex vivo; cum forma eſſentialis jam ſit deſtructa: alias enim, turbato naturæ ordine, plus poſſet mortuum, quam vivum. Jam nemo negabit, corpus humanum, quamdiu animæ unitum manet, ejusmodi vapores & exhalationes non emittere, quibus forma humana, quæ in oculos aliorum incurrat, impreſſa ſit: quomodo ergo poſt mortem, ubi anima tanquam cauſa omnis caloris & vitæ naturalis jam a corpore receſſit, emittere poterit? Exiſtimo igitur, ideas illas, quæ in corpore humano dicuntur ſuperſtites, propter defectum caloris & a morte infuſum corpori frigus nihil agere, neque in juſtam formam coagmentari. Et ſi forte putrefactioni hic multum eſſe adſcribendum putas, qui fit, quod ante putrefactionem, ea ipſa hora, imo eo ipſo momento, quo homo vita functus eſt, ejus ſimulachrum apparuiſſe legitur, uti ex ſuperius adductis conſtat. Imo corpore defuncti, jam putrefacto & in cineres redacto, manſit tamen ejus Spectrum. (2) Si exhalationibus aut ideis id adſcribendum eſt, non apparet ratio, quare non æque in illis locis ubi brutorum cadavera defoſſa ſunt, ejusmodi evaporationes & ideas formam brutorum referentes, obſervare liceat. Nec quicquam juvabit hanc cauſam, ſubtilitas ſpirituum, quæ multo major eſſe dicitur in homine, quam in bruto. Præterquam enim quod adhuc ſub judice lis eſt, an major ſemper in humani corporis machina ſpirituum ſit ſubtilitas, quam in brutis; cum horum pars nos jam viſu, jam guſtu, jam cæteris vincat ſenſibus propter ſubtiliores, quibus gaudent ſpiritus. Invertendum igitur potius eſt argumentum; cum experientia, optima rerum magiſtra, ſatis ſuperque teſtetur, quod quo ſubtilior tenuiorque eſt ſpiritus, eo etiam faciliori via tendat ad diſſipationem: Sed hæc Phyſicis ulterius diſcutienda relinquo. (3) Aliquam veri ſpeciem ſortiretur hæc ſententia, ſi forma hominis defuncti tantum in locis illis, ubi corpus

pus humatum eſt, appareret. Verum longe aliter ſe res habet, & ex ſuperioribus conſtat, quam in diſſitis a ſepulto cadavere locis, φαντάσματα Defunctorum ſæpius viſa fuerint. An ergo exhalationes illæ e cadavere Defuncti egredientes, aut ideæ ſeminales, ſe de loco in locum movere, homines alios in diſſitis locis adire, cum iis colloqui, res denique alias miras ac ſtupendas peragere poſſunt? Fungum certe pro cereuro habet, qui hæc ſibi perſvaderi patietur. Recte D. von der Becke hæc ſecum penſitans, Diaboli ſæpius hic intervenire fraudes, lubenter concedit.

§. XLI. Apparitiones igitur ejusmodi Defunctorum mera eſſe Cacodæmonis ludibria exiſtimo, qui mille nocendi artifex ſub emendita hominis defuncti perſona, alios circumvenire eosque dementare ſolet. Hic enim eſt *Princeps poteſtatis aëris, ſpiritus, qui nunc operatur in filiis incredulitatis*, prout teſtimonium ipſi perhibet Gentium Apoſtolus *Epheſ. II. 2.* Et ſi ipſe *adventus Antichriſti erit ex efficacia Satanæ, cum omni potentia & ſignis ac prodigiis mendacibus, & cum omni fraude injuſtitiæ, in iis, qui pereunt*, 2. Theſſ. II. 9. 10. quid mirum, ſi adhuc repetitis ac innovatis varie vicibus hos ſibi cothurnos ſæpius adaptare obſervetur. Et cum *mendax ſit, & mendacii Pater* Joh. VIII, 44. nunquam non exercet ſuam πανουργίαν πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης *veteratoriam ad inſidioſe fallendum verſutiam* Eph. IV, 14. Suo jam tempore id agnovit Æneas Gazæus, *de Immortalitate animæ p. 65.* Ita enim ad interrogationem Theophraſti: *Sed audiviſtine, qualia ſepulchris obſervari ſoleant ſimulachra? Hæc aërea ſunt animarum corpora; Spectra quæ vocant?* Reſpondet Axitheus: *Non didiciſti ergo, qui noſti omnia, Dæmones malorum operatores, & materiales humanas effingere animas, quique incantatoriam jactant, olimque mortuos evocant, non humanis carminibus ſiſtere animas, ſed dæmonia, quæ ad hominum imaginem ſpectra illa effigurant, effuciantque & mira*

quæ-

geſticulentur, decipiendis mortalibus? Sed cum ſol exoritur, ſimul ac ſtra talia diſſolvuntur, quæ ſi reapſe humanæ forent animæ, ipſa die ſuaviter dilectis ſuis converſari colloquique ſtuderent. Ex quo ſimul intelligere eſt, primis a nato Chriſto ſeculis, ad annum usque 450. quo Gazæus floruit, nihil in vera & orthodoxa eccleſia de animarum apparitionibus creditum fuiſſe, ac Diabolum apparitionum ejusmodi cauſam eſſe & auctorem: neque enim veriſimile eſt, Gazæum contra Paganum diſputantem, aliam quam receptam catholicamque Eccleſiæ ſententiam adduxiſſe. Imo inter ipſos Philoſophos Ethnicos fuerunt, quibus hæc ſententia præ altera placuit. Jamblichius quippe *de Ægypt. Myſt. Sect. III. c. 31.* refert, eſſe genus quoddam Dæmonum, *natura deceptorium, multiforme, quodque ſpecies Deorum & Gentorum, & animarum poſt mortem mentiatur.* Quam ſententiam calculo ſuo approbat Auguſtinus, *de Civ. Dei L. X. c. 11.* ubi ex Porphyrii ad Anebuntem Ægyptium epiſtola confeſſioneque docet, *ſpiritus eſſe impuros, qui apparent in ſpecie mortuorum.* Quam rem perſequitur pluribus, & concludit tandem ex verbis Prophyrii, quibus ſuum addit calculum: *Spiritus non tam natura* (quod ille poſuit) *quam vitio fallaces, ſimulare Deos & animas defunctorum, dæmonas autem non* (ut ait ipſe) *ſe ſimulare, ſed plane eſſe.* Spiritus ergo impuri ſunt, ex ſententia Auguſtini, qui apparent ſub ſpecie mortuorum. *Formas* enim *inſtar Prothei ſe vertit in omnes, hoſtiliter inſequens, fallaciter ſubveniens, utrobique nocens*, ut alibi idem Hipponenſis Præſul loquitur *L. X. de Civ. Dei c. 10.* Auguſtino conſentit Chryſoſtomus, uti ex loco ejus ſuperius §. XXXVI. allegato ad oculum patet: Nec alia fuit ſententia B. Luthro noſtro, *qui T. II. Jen. Germ. in libro de abuſu Miſſæ p. 35.* graviter ita ſcribit: Dieweil wir Chriſten ſeyn, ſollen wir forthin des Teuffels Gedancken eigentlich wiſſen, und glauben, daß die Polter-Geiſter eitel Teuffel, und nicht der Menſchen Seelen ſind. Cujus veſtigia in his legunt communiter noſtrates Theologi. Vid. ex innumeris imprimis Joh. Georg. Dorſcheus *Sing. Ang. Diſſ. VI. p. 419. ſq.* & Joh. Meiſnerus *de Apparitionibus Dæmonum.* Conf. etiam Gisb. Voetius *de Natura & Operationibus Dæmonum T. I. Diſp. ſelect. p. 106 ſq.*

§. XLII. Objicit equidem (1) Dn. Chriſt. Thomaſius, Diabolum non poſſe aſſumere corpus, in quo hominibus appareat, in *Programmate ſuo ad lectiones hyemales 1702. p. 14, 15.* Sed in hoc petitio ejus, quod in principio eſt, committitur. Quod ſi enim angeli corporeas formas

aſſumere poſſunt, imo ſæpius in iis apparuerunt hom... N. Teſtamenti, illisque loquiti ſunt, & id genus alias opera... & ſenſibiles exercuerunt, teſtante ſacro codice; quidni Diabolus, Princeps ille aëris, æque aërem condenſare, ſolidare, & ad quascunque formas componere poterit, ut quantum ad molem, figuram, calorem, motum, & vocem corpus ſimillimum humano ſiſtat. Vid. quæ hac de re diſputarunt Joh. Clodius & B. Nath. Falck, in Diſſert. *de Angelo in aſſumpto corpore apparente.* Et quid opus eſt verbis, ubi rerum adſunt teſtimonia? cur ambigimus, an Diabolus corpus aſſumere queat, cum in viſibili corpore ſpectra Diabolica ſæpius apparuiſſe, Hiſtorici omnium ætatum ac ſeculorum loquantur. Quod ſi næniis hæc omnia ac gerris accenſenda eſſe more ſuo putat Dn. Thomaſius: audiat judicium Pomponatii, *de Incantamentis*, qui cum *cap. IX.* varia propoſuiſſet *de veneficiis & dæmoniacis*, in hanc ſententiam, ut iſta eſſe probet, ita cap. X. inquit: *Eſſe quosdam, qui hæc omnia ab hominibus putent conficta, velut Æſopi apologos; Alios putare, etiamſi non conficta ſint, ſed appareat aliquid perfecte, eſſe tamen præſtigiationes & illuſiones: Verum ſe non probare poſſe illam ſententiam, quoniam viri graviſſimi, doctrina eminentiſſimi, & novi & veteres, tam Græci, quam Latini ac Barbari, moribus hæc veriſſima eſſe affirmant. Quare ſic dicentes omnino audiendi non ſunt, verum hi decipiuntur: cum aliquando hæc fabuloſa comperta ſint & aliquando viſæ ſint illuſiones, ex particulari univerſale intulerunt: quod Dialecticæ imperitia provenire manifeſtum eſt. Neque enim ſi aliqua iſtorum talia ſunt, falſa ſunt omnia* II. Obverti noſtræ ſententiæ ſolet, quomodo Diabolo apparere hominibus liceat, *detruſo in tartarum per catenas noctis? quomodo* per vincula æterna, *quibus in judicium magni diei ſub caligine ſervatur?* Ep. Judæ v. 6. 2. Petr. II. 4. Reſp. Deus equidem ab iſto ſtatim rebellionis exordio, cum debellaſſet adverſariam Draconis rufi aciem, præcipites ad orcum egit perduelles ſpiritus, qui etiam ipſi ad perpetuos damnati carceres, & æterna ſupplicia expedire ſe compedibus ſponte & facultate propria, aut antra evadere oppeſſulata, ut vellent, nunquam poſſunt: interea tamen ipſe ſuam nequaquam adſtrinxit ita potentiam, ut nequeat omnino his etiam captivis ſuis, quando, quibus & quamdiu vult, exeundi facere copiam; quin potius, quod faciat non raro & facturus ſit (donec *in fine ſeculi omnem evacuaturus eſt poteſtatem & principatum & virtutem.* 1. Corinth. XV, 24.) actu ipſo

oſtendit

oſtendit ſæpius ac verbo etiam paſſim ſcripto docuit. Matth. VIII 29. Luc. VIII, 30. 1. Reg. XXII, 22. Job. I, 7. ſqq. Eph. VI, 12. 1. Pet. V, 8. Apoc. XII, 12. &c. Interea etiam emiſſi tantiſper Diaboli, horrore tamen perpetuo ad ejus judicii memoriam contremiſcunt. Jac. II, 16. atque inde circumferunt infernum & pœnam, quando vel maxime locum relinquunt, neque tum etiam, quando liberrime inter mortales graſſari videntur, vincula omnino nulla, ſed laxiora ſaltem gerunt. Prout e contrario *Angeli boni*, etiam in his terris homines cuſtodientes, *ſemper vident faciem Patris in cœlis.* Matth. XVI, 10. III. Objici ſententiæ noſtræ poteſt, ſpiritum apparentem ſæpius hominibus prædixiſſe futura ſatis contingentia, quæ ſcientiam Diabolicam ſuperare videntur; cum nemo futura prædicere poſſit, niſi Deus Eſ. XLVI. 9, 10. Reſp. 1.) Hoc argumentum in adverſarios retundi, & potiori jure contra animarum apparitiones urgeri: unde enim illis de futuris contingentibus conſtare poteſt, & plus quidem quam ipſis Diabolis? 2.) Poſſe tamen Diabolum etiam futura contingentia interdum certo ſcire ex revelatione divina; imprimis cum executio judicii divini ipſi a Deo demandata eſt interdum etiam quadam ſagacitate naturali & longa rerum experientia, probabiliter prævidere probat Quenſtedius *in Syſtem. Part. I. c. XI. Sect. I. Th. 29. p. m. 454.* Reliqua quæ obverti poſſunt ex §.XXXV. & XXXVI. ſatis expedita eſſe reor.

§. XLIII. Ex quibus tandem de moralitate ipſius pacti, de quo in Diſſ. noſtra hactenus actum eſt, facile judicare licet; integrumne ſit homini Chriſtiano, citra offenſionem ſummi Numinis & ſalutis ſuæ præſentiſſimum diſcrimen, tale vel appetere vel inire pactum? Si enim natura Pacti paulo accuratius attendatur, ad illud, ſi legitimum cenſeri debeat, requiritur, partim, ut quod promittimus in poteſtate noſtra ſitum ſit: quia *res impoſſibilis, ſeu natura ſeu lege talis, non cadit in promiſſum,* ut JCtus inquit *L. 15. ff. de Cond. inſtit.* partim ut ſit de re aliqua per ſe licita. Vid. Hugo Grotius *de J. B. & P. L. II. c. XI. §. 8, 9.* Puffendorffius *de O. H. & C. §. 17. & de J. N. & G. L. III. c. VII. §. 4.* Dn. D. Buddæus *in Elementis Phil. Practicæ P. II. c. 4. Sect. 4. §. 13. p. m. 272.* Conſultiſſimus Dn. D. Willenbergius, Patronus ac Promotor ſtudiorum meorum, ſubmiſſa mente devenerandus, in *Sicilimentis ſuis ex J. N. & G. Prudentia collect. XXXVII. qv. 21. & 24. p. 290. & 292.* Aſt neutrum hic obtinet. Nam (1) nullo modo in facultate hominis poſitum

 eſt,

eſt, facere ut anima poſt diſceſſum a corpore revertatur. Vid. quæ hac de re ſupra diſputavi §. XXII. Et ipſe ſpiritus apparens nonnunquam faſſus eſt, ſibi integrum non fuiſſe, ſtato ac promiſſo tempore amico gratificari: niſi forte & hic veteratoriam ſuam fallendi artem prudens exercuit pater mendacii. Vid. §. IX. & XIII. Unde ergo perſpectum eſt, ejusmodi pactum ineunti, ſibi poſt exceſſum e vita a Deo conceſſum iri, ut anima ſpecie viſibili veluti corpore quodam ſe ſuperinduat, & loca ſuppliciorum vel ſempiterni gaudii ad tempus relinquat, terrasque obeat? Quod ſi quis ſub conditione duntaxat hac paciſci dixerit, atque ita ſperet, ſe abſurditatem promiſſi evitare: quemadmodum ſupra exempla habuimus §. VIII. & XIV. neque ille multum profecerit; cum longe vereſimilius ſit, Deum hoc non permiſſurum. Vid. Diſſert. noſtra §. XXIII. Temerarium itaque & ineptum eſt hoc genus pacti, in quo de re vires noſtras ſupergrediente compromittitur.

§. XLIV. Porro nec de re licita concipitur Pactum apparitionis poſt mortem: Nam (1) Deus diſerte prohibuit, ne quisquam mortuos in conſilium adhibeat, qui finis tamen eſt ejusmodi apparitionum fere unicus Deut. XVIII. 11. lex Dei ita ſonat: *Ne ſit inter vos* דרש אל-המתים *quærens a mortuis.* Item Eſaiæ VIII, 19. 20. *Et quomodo dicunt ad vos, conſulite engaſtrimythos & divinos pipientes & anhelantes? Annon populus Deum ſuum conſulet?* אל המתים בער החיים *Pro vivis apud mortuos? Ad Legem & Teſtimonium!* q. d. cum lex & teſtimonium extet, numquid populus inſuper conſulet mortuos de vivis? (2) Spiritus humani immortalitatem, ſtatusque animarum ſeparatarum Deus in verbo ſuo, ita clare & quantum ſcire noſtra intereſt, ſufficienter revelavit, ut, qui his non contentus, a mortuis edoceri cupit, injurioſus ſit in ipſum Deum, cui minus credit, quam apparenti Spiritui: Qui vero *non credit DEO, mendacem facit eum.* Joh. V, 10. Divus Petrus, licet apparitioni Moſis & Eliæ in monte Thabor interfuerit & ad hanc provocare potuerit, ſtatim tamen ſubjungit: Habemus βεβαιότερον *firmiorem ſermonem propheticum* (quam omnes apparitiones ſunt) *cui recte facitis, quod attendatis* 2. Pet. I, 19. Nimiam ergo (3) ejusmodi pactum ſapit incredulitatem, & naturæ fidei penitus adverſatur. Fides enim circa ea verſatur, quæ non videmus, ſed Deo affirmanti credimus Ebr. XI, 1. Aſt pactum ejusmodi iniens manus habet oculatas; non credit, niſi

niſi quod videt, & hac ratione omnem fidem facile amittere poteſt. Quod ſi enim pacto, de quo agimus, plurimum aliquis tribuat, eoque certiorem ſe reddi ſperet, repromiſſor autem poſt obitum non revertatur, nonne actum erit de omni fide ejus? Et ſi omnino ex pacto ſimulachrum amici tibi appareat, quæſo, qua ratione, quove argumento certus eris, & ab omni illuſionis metu tutus, hoc quod vides, quodque audis, eſſe quam opinaris amici defuncti animam, & non potius phantaſma. Æque ergo eris incertus ac antea. Veriſſime igitur Abrahamus ad Epulonem: *Si Moſen & Prophetas non audiunt, ne ſi quidem quiſpiam ex mortuis excitetur, aſſentientur.* Luc. XVI, 31. (4) Denique pactiones ejusmodi Diaboli calidiſſimo fraudum architecto fores latiſſimas aperiunt, variis illuſionibus hominem circumveniendi miſereque decipiendi. Nam ut ex hactenus diſputatis conſtat, Diabolus eſt, qui ſub Schemate hominis defuncti apparet. Quis vero veſanæ adeo mentis erit, ut pacto ejusmodi impuro Dæmoni anſam det ac eundem eludi invitet, ad ſe turpiter fallendum, variisque modis a divinæ veritatis via revocandum. Compulit hoc Philippum Nerium, Congregationis Oratoriæ fundatorem & a Gregorio XV. A. 1622. inter Divos relatum, ut rem plenam periculi crederet apparitiones exſpectare, vel iis delectari. Ita enim de eo Ant. Gallonius, ejusdem Congregationis Presbyter, in vita Neri p. 106. *illud frequenter monebat alumnos, ne viſiones curarent, quandoquidem quisque facile his in rebus (cum angelus Satanæ boni angeli ſpecie hominibus appareat) labi turpiſſime poteſt. Hinc ille ita ab omni viſionum ac ſpiritualibus hominibus maxime periculoſa curioſitate abhorrebat, ut qui talibus delectarentur, acri ſermone corriperet liquido affirmans, nihil eſſe in laqueis Diaboli piis hominibus pernitioſius, quam veſana hæc Dæmonum ludibria.*

§. XLV. Omnes ergo apparentes ſpiritus merito nobis ſuſpecti ſunto: Revocandum etiam ſubinde in memoriam eſt uſitatum veteribus proverbium: *Nemo cum Diabolo jocatur impune.* Vid. Alloyſ. Novarini *Adag. T. I. p. 347. Edit. Veron. in fol.* Potius in id toti incumbamus, ut juxta normam verbi divini ita tranſigamus vitam, ut poſt mortem tandem Anima noſtra, vigore pacti Evangelici per Chriſti ſanguinem confirmati, appareat in Panegyri ſpirituum conſummatorum coram facie Dei glorioſa, & cum propinquis & amicis beatis æternum gaudeat & exultet. Amen!

SOLI DEO GLORIA.

CON-

CONSPECTUS EXERCITATIONIS.

§. I. *Immortalitas animæ tam ex Scriptura S. quam conſenſu gentium probatur.*

§. II. *Adverſarii, imprimis Athei, contrarium ſtatuentes, recenſentur.*

§. III. *Argumentum Atheorum, contra immortalitatem animæ, quod nulla anima in terras reverſa quenquam de vitæ ſuæ ſtatu certiorem fecerit ſuggeritur, & ad id reſpondetur.*

§. IV. *Alii pro hac immortalitate apparitiones animarum ſeparatarum urgent, quarum exempla ex hiſtoria allegantur.*

§. V. *De Apparitionibus Mortuorum Vivis præſagium mortis adferentibus agitur.*

§. VI. *Scopus & Ordo Exercitationis indicatur.*

§. VII. *Exempla pacti non ſervati ſiſtuntur.*

§. VIII. *Sequuntur Exempla Mortuorum ex pacto reverſorum, ut Marſilii Ficini.*

§. IX. *Clerici cujusdam Anonymi.*

§. X. *Minoritæ & Anabaptiſtæ.*

§. XI. *Diſcipuli, quem Simon Pariſienſis habuit.*

§. XII. *Marggrafii de Rambouillet.*

§. XIII. *Georgii Seydenham, Præfecti militum.*

§. XIV. *& Patris & Filiæ in Anglia.*

§. XV. *Atheorum & Scepticorum de ejusmodi exemplis judicium & dubitatio.*

§. XVI, XVII. *Reſponſio noſtra.*

§. XVIII. *An ipſa anima hominis poſt mortem ex pacto redeat? Sententia affirmativa Gentilium ſiſtitur.*

§. XIX. *Sententia Judæorum, Muhammedanorum & Indorum adfertur.*

§. XX. *Pontificiorum explicatur.*

§. XXI. *Mori & Glanvilli adducitur.*

§. XXII. *Negativa e Scriptura S. aliisque rationibus probatur.*

§. XXIII. *Et ab Exceptionibus vindicatur.*

§. XXIV. *Argumenta Adverſariorum proponuntur.*

§. XXV, XXVI, XXVII. *Quæſtio, an verus Samuel Sauli apparuerit, ventilatur.*

§. XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. *Sententia & argumenta Thomaſiana excutiuntur.*

§. XXXII, XXXIII, XXXIV. *ad objectiones reliquas reſpondetur.*

§. XXXV, XXXVI. *Mori rationes ponderantur.*

§. XXXVII. *An quod apparet, ſit ſpiritus hominis aſtralis?*

§. XXXVIII. *Vel exhalatio e defuncti corpore?*

§. XXXIX, XL. *Refutatur utrumque.*

§. XLI. *Apparitiones ejusmodi ſunt Diaboli ludibria.*

§. XLII *Reſpondetur objectionib.*

§. XLIII. *Pactum ejusmodi improbatur, utpote conceptum de re impoſſibili.*

§. XLIV. *Et illicita.*

§. XLV. *Concluſio.*